Qui auctor cum catalogi cuiusdam vetustioris defunctorum eiusdem provinciae mentionem facit, quem saec. 18. adhuc se vidisse et ex quo notas memoria tantummodo digniores se deprompsisse asseverat (cf. eodem loco p. 182), hunc catalogum, quem reperire prorsus nequivimus, aut neutiquam superesse aut omnino latere censemus. Quare auctoris illius notas memoratas, cum quibus annales necrologici in conventu fratrum Minorum regulam s. Francisci professorum observantiae strictioris Vindobonensi his exstantes temporibus sanc quam discrepant, ad Austriae eiusdem ordinis coenobia spectantes maxima transscriptas cura litteris minutis hic iterum curavimus excudendas. Cf. 'Neues Archiv' XXXV, 730.

Nomina defunctorum quorundam fr^{um} vel ex gesto in saeculo munere vel sepulturae loco (etiam extra provinciam) vel aliunde memoria digniorum ex provinciae necrologiis potissimum adnotatorum:

Rev. p. Michael Siculus a s. Capistrano ad S. Theobaldum primus noviorum mag. constitutus, dein 5 guardianus, postea saepius provinciae Hungariae vic., ibidem religiosissimae suae vitae diem ultimum clausit.

Rev. fr. Archangelus a Gorlizio, purus ac devotus cler., a. 1451 a s. Capistrano tertius ad ordinem susceptus, moritur et sepelitur Claustroneoburgi.

Ven^{lis} p. Bernardinus de Praga, olim pbr. saecularis, in religione ferventissimus praedicator, ob. 10 in Hungaria.

Ven^{lis} p. Ioannes Prussus, optimus scriptor, qui pro loco Viennensi duo gradualia conscripsit, ultra 60 volumina vero in Italia, praesertim provincia Bouonia, ubi et defunctus est.

Ven^{lis} p. Augustinus de Weitstorff, licentiatus iuris utriusque, in religione optimus sac., moritur in Italia.

Ven^{lis} p. Calixtus de Neuberger, ad Terram Sanctam cum admodum rev^o p^o Christophoro Vari- 5
siensi, s. Capistrani in erigenda provincia Austriae adiutore, peregrinus, ibidem peste extinguitur.

Ven^{lis} p. Raphael de Gorlizio, eximius praedicator et exemplaris religiositatis, qui cum ex capitulo in Paradyso¹⁾ Austriae celebrato ad snm guardianatum Wratislaviensem rediret, Olomucii moritur.

Rev. p. Henricus Landshutanus ad ordinem a s. Capistrano susceptus, subin rev^{mi} dⁱ p^{is} Gabrielis Veronensis (s. Capistrani coadiutoris egregii), epⁱ Agriensis, cap. et confessor gratissimus, 10
moritur Agriae.

Rev. p. Marcus de Basilea, lector peritissimus, ut conventualis ad preces sacrae caesareae maiestatis Friderici III. ad ordinem receptus, ob. Graecii ad S. Leonhardum.²⁾

Rev. p. Clemens de Dietmaria nobilis, Lippsiensis mag., magnae scientiae et litteraturae, aliquoties 15
tum Viennae, tum Brunae guardianus, mortuus Brunae in Moravia.

Ven^{lis} p. Leonardus de Wels, guardianus Iudenburgi³⁾, dum ad capitulum generale proficisceretur, Venetiis ob.

Ven^{lis} p. Franciscus de Wellstein, vir nobilis, strenuus in saeculo mil. ac inter curiales Ladislai regis non infimae reputationis, in religione, humilitate ac caeteris virtutibus praestantissimus, ab haereticis, dum locum Pragensem susceperet, multa opprobria patienter peressus, ubi post bene ab- 20
solutum guardianatus officium peste sublatus migravit ad d^{um}.

Ven^{lis} p. Hieronymus de Wratislavia, bonns praedicator et pictoriae artis summe gnarus, ob Wratislaviae.

Fr. Rogerius Brunensis, l. devotissimus ac animi inperturbabilis, coquus antea Viennensis ad S. Theobaldum, mortuus Brunae. 25

Ven^{les} p^{es} Urbanus Mellicensis et Thimoteus de Hungaria (nescitur: ubi, a quibus et ob quam causam?) ab impiis sunt interfecti.

Ven^{lis} p. Ioannes Ratisponensis in saeculo pbr., in ordine devotissimus praedicator et guardianus, ob. 1459.

Ven^{lis} p. Angelus de Oerling, saepius guardianus, aptus ad multos bonos labores et voluntarius 30
ad laborandum pro communi bono, ob. ad S. Radegundem.⁴⁾

Ven^{lis} p. Laurentius Baadensis, qua pbr. saecularis ordinem ingressus, perdevotus cum alacritate dei servus. ob. ad S. Radegundem.

Fr. Rufinus Haeug, in loco Baadensi antea hospes plurimis gratus, ob. ad S. Hippolytum⁵⁾ a. 1476.

Fr. Vitus de Gaebli, olim coquus s. Ioannis a Capistrano, moritur Viennae a. 1484. 35

Fr. Ioannes Biberscheider, civ. Hippolytanus, 80 annis natus ordinem ingressus est, pro ampli-
ando n^o Hippolytensi loco plures aedículas obtinuit, demum 103 annorum senex ad S. Hippolytum
moritur a. 1488.

Ven^{lis} p. Alexius Nusdorffensis, sac. provecetae aetatis religionem ingressus, Egenburgi⁶⁾ vita de- 40
functus est a. 1488.

Fr. Wolfgangus de Wels, cler. antehac conventualis, ob. Viennae a. 1489.

Ven^{lis} p. Ioannes de Gmuend, sac. aliquando in Terram Sanctam peregrinus, singularis s. pauper-
tatis amator ac optimus confessor, ob. in Rudolphswert⁷⁾ a. 1490.

Fr. Michael de Lusatia, cler., diac., lumine oculorum orbat, tum pro fratrum, tum pro horti
necessitate Noviburgae⁸⁾ se hauriendis aquis spontanee addixit usque ad mortem, ibi ob. a. 1491. 45

Fr. Georgius Stachel l., olim s. Capistrani socius, in instauratione provinciae pro quiete locorum
multa, dum potuit, apud sedem apostolicam obtinuit, in senectute bona moritur ad S. Hippolytum
a. 1494.

Fr. Thomas Egenburgensis, l. ex loco Paradysi in Silva Viennensi nivibus obrutus, ob. a. 1495.

¹⁾ Hoc claustrum fratrum Minorum ad b. virginem in Paradyso in media Silva Vindobonensi situm 50
provinciae studium litterarum et tirocinium recepit, quod VI. kal. Oct. a. 1529 Turci Solimanno duce Vindo-
bonam obsidentes solo aequarunt.

²⁾ Claustrum ad S. Leonhardum fratrum Minorum extra Graecii
civitatis muros in Styria a. 1463 Friderico III. imperatore et Burchardo archiepiscopo Salisburgensi an-
nuntibus aedificari coeptum est.

³⁾ Claustrum s. Iohannis Baptistae Iudenburgi in Styria iam a
s. Iohanne Capistrano fundatum erat.

⁴⁾ Hoc coenobium in Katzelsdorf Austr. Inf. situm erat. 55

⁵⁾ Claustrum hoc ss. Maximiliano et Bernardino dedicatum iam s. Capistrano adhuc vivente fundatum erat.

⁶⁾ Claustrum hoc s. Mariae de Candelariis Egenburgi dedicatum fratres Minores circa a. 1460 obtinuisse
videntur.

⁷⁾ In claustrum s. Leonhardo dedicato.

⁸⁾ Claustroneoburgae Austr. Inf.

Fr. Gallus l. vindemiarum tempore ex conventu Lancovicensi¹⁾ collectorem agens moritur in Marpurgo a. 1496.

Ven^{lis} p. Otto de Prussia, devotissimus sac., mortuus est in Wippach et sepultus in Reussenberg a. 1497.

5 Fr. Philippus de Slavonia l. a Turcis per 12 annos in vinculis custoditus ob. Egenburgae a. 1500.
Ven^{lis} p. Angelus de Ingolstatt, aliquando philosophiae et medicinae doctor, moritur in Puppung²⁾ a. 1502.

Ven^{lis} p. Cherubinus de Saxonia, venerabilis senectutis sac., regularis observantiae singularis zelator et unus e primis a s^o Capistrano Viennae ad ordinem receptis, vita defunctus ad Sam Radegundem a. 1503.

10 Ven^{lis} p. Leonardus de Schoenstein, sac. olim conventualis, moritur Graeci ad Sum Leonardum a. 1504.

Ven^{lis} p. Michael Labacensis, pbr. et cap. olim rev. dⁱ de Raeuber, ob. in Rudolphswert a. 1505.
Rev. p. Angelus de Prussia, saepius Viennae guardianus, etiam peregrinus in Ierusalem, unus ex primis fr^{ibus}, moritur vir venerandae senectutis ad Sam Radegundem a. 1508.

15 Ven^{lis} p. Ambrosius de Tullna, sac. provec^tissimae aetatis et vivente s. Capistrano susceptus, a. 1508.
Fr. Zacharias cler. sub incendio ad summum altare confugiens a flamma absumitur in Paradiso a. 1509.

Rev. p. Adamus, sacrae theologiae doctor, apud p^{es} conventuales Franciscanum rigidius institutum etsi iam senex amplexus vitam finit laudabilem Viennae³⁾ a. 1509.

20 Ven^{lis} p. Udalricus Iudenburgensis, devotissimus praecipue in recitanda corona b. v(irginis) M(ariae), ob. Viennae a. 1510.

Ven^{lis} p. Antonius de Hartperg, pbr. saecularis admodum doctus, saepe guardianus, ob. ad Sam Radegundem a. 1510.

Ven^{lis} p. Paulus de Weiden, praedicator ferventissimus, post^r eius obitum magnus super eum concursus et planctus super exequias, ob. Schwazii⁴⁾ a. 1511.

25 Rev. p. Martinus de Franconia, religiosus moribus ac devotionis gratia praecipuus, unus de primis fr^{ibus}, vitae regularis zelator et multoties corrector mensae, 76. aetatis anno moritur Viennae a. 1513.

Fr. Tiburcius de Prussia l., unus etiam de primis fr^{ibus}, laboriosus, pacificus, devotus, completis annis 78 moritur a. 1513.

30 Ven^{lis} p. Udalricus, sac. valde senex, unus de primis fr^{ibus} a s. Capistrano susceptis, moritur Iudenburgi a. 1515.

Ven^{lis} p. Sylvester de Muelldorff, dum qua noviter ordinatus vicarius ad conventum Fridaviensem⁵⁾ pergeret, per flumen Murr descendens naufragio periit a. 1517.

Ven^{lis} p. Ludovicus, iuvenis sac., qua bonus praedicator e conventu Puppungano ad praedicandum missus in oppido Matthaussen infirmatur, moritur et in ecclesia parochiali ibidem sepelitur a. 1518.

35 Ven^{lis} p. Franciscus de Gorlicia in reformatione loci Bulsanensis qua conventualis praedicator ad nos transit, ob. Viennae a. 1518.

Ven^{les} p^{es} Patritius et Bernardinus Schwazensis, ambo in saeculo pbrⁱ.

Ven^{lis} p. Nicolaus a Carinthia ab ecclesiae Graecensis testudine deorsum cadens extinctus est a. 1519.

40 Ven^{lis} p. Georgius Keppel, fil. potentissimi civ. Viennensis, ignorantibus parentibus religionem ingressus, multis annis praedicator, etiam guardianus fuit, ob. Viennae a. 1521.

Ven^{lis} p. Petrus Laahensis, antequam religionem ingrederetur, conventualis prof., ob. Noviburgae a. 1521.

Rev. p. Benedictus Dalmatinus, qui fuit commissarius Bohemiae et redeundo ad Italiam moritur Iudenburgi a. 1522, unus de doctoribus ordinis.

45 Ven^{lis} p. Mathias de Vienna venit ad nos ut conventualis, moritur in Rudolphswert a. 1523.

Fr. Balthasar de Praunecken, cler. antea conventualis, ob. Schwazii a. 1523.

Ven^{lis} p. Andreas, antea conventualis, praedicator, confessor et religiosus bonus, ob. Noviburgi a. 1528.

50 Ven^{lis} p. Conradus de Herbipoli, olim conventualis, bonus procurator, moritur ad Sam Radegundem a. 1530.

Ven^{lis} p. Iodocus de Norimberga, prius conventualis, ob. in Schwaz a. 1532.

Ven^{lis} p. Hippolytus Campodunensis, vir zelosus, ad Terram Sanctam profectus ob. Tridenti a. 1533.

Rev. p. Casparus de Khrembs, in saeculo Freystadii nobilis ac dives dec., moritur Puppungae a. 1533.

¹⁾ *Clastrum hoc s. Mariae de Gratiis Lancovizii in Styria dedicatum est.* ²⁾ *Coenobium*

35 *s. Wolfgangi epⁱ Puppungae in Austra Superiore a. 1476 aedificari coeptum anno sequente fratribus Minoribus sollempniter traditum est.* ³⁾ *In coenobio ss. Theobaldo et Bernhardino dedicato et a. 1451*

fratribus Minoribus a Friderico III. tradito. ⁴⁾ *In claustro s. Francisco Seraphico dedicato et a. 1507*

fundato. ⁵⁾ *Clastrum Fridaviae in Carinthia a. 1495 fundatum erat.*

Elenchus omnium superiorum provinciae Austriae, viciorum et minorum provincialium, a suis primordiis seu ab a. 1452.^a)

- Primus igitur a. 1452 vic. provinciae Viennae a s^o Capistrano electus rev. p. Gabriel de Verona.
 A. 1453 praeside s. Capistrano Wratislaviae electus provinciae vic. rev. p. Christophorus a Varisio.
 A. 1454 eodem s. praeside iterum Wratislaviae reelectus rev. p. Gabriel de Verona. 5
 A. 1457 Brunae electus est rev. p. Beruardinus de Ingolstatt, celeberrimus verbi dei praeco, ob. Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum a. 1486.
 A. 1459 Loysii ad S^{um} Bernardinum in capitulo provinciali iterum electus rev. p. Gabriel de Verona.
 A. 1462 extra lamnizium ad S^{um} Vitum in provincialem vicium electus est rev. p. Bonaventura de Bavaria. 10
 A. 1464 in Paradyso ad B. Virginem et S^{um} Laur(entium) tertio reelectus est rev. p. Gabriel de Verona, subin post episcopatum Albanensem et Agriensem s. R(omanae) e(cclesiae) cardinalis, moritur Romae a. 1486.
 A. 1465 Viennae praeside p^e Marco de Bononia vic^o generali electus est rev. p. Iacobus de Maiori Glogovia. 15
 A. 1467 Craecoviae in Polonia praeside rev^o p^e Petro a Neapoli (a quo autoritate Pauli papae II. et ex commissione rev^{mi} p^{is} Ioan[nis] Baptistae de Levanto provinciae divisio facta) in vicium Austriae secundo electus est admodum rev. p. Bonaventura de Bavaria, ob. Viennae ut guardianus a. 1476.

Sequentes ex provinciae defunctorum catalogo notantur:

- Rev. p. Angelus de Kirchs Schlag ob praeclara sua merita iterato in vicium provinciae assumptus 20 moritur Viennae extra muros ad S^{um} Theobaldum a. 1488.
 Rev. p. Andreas de Leuben, provinciae superior, vir integerrimae vitae, praecipuus Franciscanae paupertatis et humilitatis cultor, vixit centum annis et mortuus est Viennae a. 1494.
 Rev. p. Alexander de Posenio, vir eximiae scientiae et dexteritatis, fidei catholicae indefessus zelator, Hussitarum perpetuus impugnator, fuit bis vic. provinciae et Labaci¹⁾ mortuus a. 1496. 25
 Rev. p. Archangelus de Weitrach ob maximam regendi dexteritatem tertio in superiorem provinciae electus eam per decem annos laudabilissime rexit, ob. a. 1518.
 Rev. p. Christophorus de Monachio, vic. prov(incialis), mortuus a. 1519.
 Rev. p. Georgius de Amberga, vir magni consilii, itidem superior provinciae, ob. a. 1534.

De religiosis virtute, pietate et sanctitatis opinione insignibus:

- Ven^{lis} p. Hilarius a Kirchs Schlag, qui dum b. virginis eximius cultor esset et sacrarum litterarum dogmata profundius penetraret, ita proficue cum apostolico praedicationis munere et perpetuo animarum lucro religiosam modestiam, virtutis studium, vitae rigorem coniunxit, ut passim de eo sⁱ clamores et aestimationes ac famosae pietatis operationes divulgarentur. Erat unus de primis lapidibus angularibus provinciae, demum hilari agone, cum laetus operum suorum supremum iudicem et remuneratorem 35 sustineret, occubuit Poppingae, iuxta pulpitem in choro sepultus, a. 1483.
 Ven^{lis} p. Michael de Septem Castris, eruditione et gratia praedicationis clarissimus, post plurima sibi coram deo et hominibus comparata merita mortis suae praesagus ad recipiendam mercedem aeternam ad caelos evolavit Lancovitii a. 1483.
 Ven^{lis} p. Franciscus de Landshut, ob integerrimam vitam et devotam alacritatem morumque 40 exemplaritatem ab eminentissimo p^e Gabriele cardinali et ep^o Agriensi (quondam sⁱ Capistrani in erigenda provincia Austriaca coadiutore egregio) in confessarium et sacellanum assumptus, aetate et meritis plenus, caelo nascitur Agriae a. 1486.
 Ven^{lis} p. Gregorius de Weidhoffen, zelosissimus praedicator, animarum venator, altissimae paupertatis amator, vir exemplarissimae vitae, optima conscientiae ac perfectae obedientiae, Viennae a. 1493. 45
 Ven^{lis} p. Andreas de Leuben, vir pietate et doctrina clarissimus, unus de primis et electis huius provinciae lapidibus angularibus, spiritui orationis semper intentus, post provinciae divisionem vic., omnes conventus Austriae pedester invisit ubique paupertatis et humilitatis vestigia relinquens, post

^a) *Annotavit Herzog*: Quare nomina superiorum, qui post divisionem provinciae usque ad mox dictum a. 1516 gubernavere, eo tantum ordine, quem antiquior fr^{um} defunctorum catalogus exprimit, dare possumus. 50

¹⁾ *Coenobium s. Mariae in caelos assumptae dedicatum Labaci in Carniola circa a. 1490 aere comitum de Auersberg aedificatum et fratribus Minoribus traditum est.*

miraculosam decem dierum abstinentiam ab omni alimento (etiam in extrema sua infirmitate) in suavi crucifixi amplexu piissime in domino ob Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum a. 1494. Eius memoriam agit martyrologium ordinis die 13. Octobris.

Ven^{lis} p. Archangelus de Aspang, vitae innocentia, paupertatis studio, orationis frequentia maxime conspicuus. Hunc aliquando in conventu Paradysiaco orationi vacantem daemou sub specie equi in ipsum prosilientis ab oratione detertere et impedire conatus est, ast elevatus in deum mente astus maligni tentatoris egregie elusit. Probus hic omni enitens virtute sac. nec carnibus nec piscibus vesci solitus suscepta ad Portiunculanas aedes pia peregrinatione Camerini mortuus est a. 1496, in vita nec unquam aut ridere aut irasci visus, et post obitum pulchrior facie, quam antea apparuit. Recolitur eius memoriam martyrologium ordinis die 24. Novembris.

Ven^{lis} p. Bonaventura de Laa, sanguine clarus et aliquando cathedralis ecclesiae Neapoli¹⁾ Austriae officialis, amore austerioris vitae amplexandae strictiorem s. Francisci regulae observantiam professus, zelosissimum verbum dei praeconem egit ac omni in loco magnae perfectionis, virtutis ac probitatis vestigia reliquit. Per piissimam mortem ad sempiternam retributionem vocatur Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum a. 1502.

Ven^{lis} p. Benedictus a Carinthia, nobilibus parentibus natus, in laboribus pro salute animarum assiduus, conversationis exemplaritate, vitae et morum integritate ac ardentissima verbi dei praedicatione, cunctis denique religiosi hominis virtutibus mire resplendit. Cum aliis Christianis a Turcis et barbaris aliquando in miseram captivitatem abductus plurima opprobria et crebriora verbera patientissime pro Christi nomine longiori tempore sustinuit. Solutis demum vinculis liber ad fratres suos regressus beatissimo fine quievit Egenburgi ad B. Virginem de Candelariis a. 1506.

Ven^{lis} p. Christophorus de Monachio, magnificus verbi dei praeco, doctor egregius, mag. Vienn. et olim provinciae vic. ac in asceseo perfectione facile primus, hinc tanta contemplationis gratia pollebat, ut ob dulcedinis fructum, quem ad intra sentiebat, omnes utriusque sexus homines meditando methodum edocendi indefessum semper impenderit conatum. Sancto fine quievit Perusii qua commissarius vicⁱⁱ provinciae Austriae a. 1519. Hic suscepit locum Schwazensem et reformator fuit conventus Bozoniensis.

Ven^{lis} p. Ambrosius a Tulna, unus ex primis sociis sⁱ Ioannis a Capistrano, cuius sanctitatem et magna apud deum merita indignant miracula ad eius sepulchrum mire patrata, moritur a. 1508. De eo martyrologium ordinis die 24. Martii.

Ven^{lis} p. Prosper de Mysna, de primis a s^o Capistrano susceptis fratribus sac. religiosissimus aetatem physicam coram deo et hominibus meritis plenam ultra centum protrahens annos. Qua non obstante numquam chorum neglexit nec unquam officium in stallis, sed extra illa sine ulla appodiatione in choro dicere solitus ad maximam omnium exemplaritatem. Quiescit Feldspergae²⁾, ubi beatissime ob. a. 1518.

Rev. fr. Archangelus de Braunecken, optimae spei clericus, sanctae innocentiae speculum, dum ultima ipsi vitae dies immineret, omnino laetus et totus exultabundus in d^o obdormivit Loysii.³⁾

Ven^{lis} p. Bernardinus de Enzerstorff, p. omni virtutis zelo, pietate, doctrina et eloquentia praeditus, etsi aliis omnibus bonus, sibi tamen suoque corpori rigidissimus, quoniam in omnibus membris suis mortificationem Iesu circumferabat, ut suo exemplo vita Iesu in omnium hominum manifestaretur cordibus. Piissime ob. Loysii a. 1520.

Rev. fr. Bartholomaeus de Nuernberga, l. morum gravitate et exemplaritate insignis, nunquam ridere visus est ac rarissime loqui, omnibus fr^{ibus}, praecipue valetudinariis et graviter infirmis, quorum curam plurimis annis Viennae gesserat, apprime charitativus, ob. a. 1520.

Ven^{lis} p. Ioannes Baptista de Franconia, vir simplex et rectus, omni gratus homini, strictioris regulae observantia et vitae austeritate singularissimus, non absque specialis probitatis indicibus diem clausit ultimum Viennae a. 1525.

Ven^{lis} p. Bernardinus de Oeringen, in spiritu devotionis et orationis perfectissime exercitatus, coelitem venator praecipuus, pro animabus purgandis^{a)} orator ad deum diu noctuque indefessus, per unicum necdum effluxum annum, ut ei revelatum, plura millia liberans e piacularibus flammis, per vetustus character^{b)} 53 000 exprimit. Quiescit Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum, ob. a. 1525.

Ven^{lis} p. Victorinus de Nova Civitate, praedicator et confessor gratissimus, gratiam inter alias specialem sibi petiit a d^o, ut nimirum laudes deo decantare possit usque in finem vitae suae, qua

^{a)} Herzog scripsit: purgantibus.

^{b)} Auctor dubius addit: nisi calami error sit.

¹⁾ Wiener-Neustadt. ²⁾ Claustrum s. Michaeli archangelo Feldspergae dedicatum iam circa a. 1454 fratres Minores inhabitaverunt. ³⁾ Coenobium s. Bernhardino Senensi dedicatum in Langenlois circa annos 1451—1455 primordia sua cepisse fertur.

minime est frustratus; nam postquam matutino decantando et psalendo cum reliquis fr^{ibus} interesset, absolutis in choro laudibus ad cellulam redux mox mori incepit et sine suorum confratrum multo gravamine, prout petiit, vita beate functus est Graecii a. 1527.

Ven^{lis} p. Medardus de Kuerchen, vir grandis eruditionis et scientiae, Graecae et Hebraicae linguae gnarus, regis Ferdinandi concionator anlicus, haeresum oppugnator acerrimus, a Luthericis verbis et scriptis saepius palmam retulit, sanctitatis fama apud omnem plebem celebris, ob. Enzerstorffii¹⁾ a. 1533. Habetur in martyrologio ordinis die 9. Februarii.

Ven^{lis} p. Casparus de Khrembs, quondam Freystadii nobilis dec., divitiis affluens, propter deum omnia relinquens humile seraphici Francisci institutum amplexus est. Hic ob doctrinae excellentiam, ingenii perspicuitatem, vitae integritatem ter in min^{rum} Austriae assumptus plurimis pro dei gloria animarum salute et provinciae emolumento exantlatis laboribus in sancta pace quiescit Poppingae a. 1533.

Rev. fr. Bartholomaeus de Tachau, cler. mundissimae conscientiae, donis gratiae et naturae mire ditatus, Bononiam studiorum causa missus, ibidem ridendo, dum alii ipsi assistentes lachrymarentur, expiravit a. 1519.

Concionatores apostolici, caesarei, regii, item et theologi etc.:

Rev. p. Benedictus de Carinthia, nobili genere natus, concionator apostolicus, eximius lucrandarum animarum zelotes omnique populo acceptissimus, a Turcis captus durissima quaeque pro Christi nomine libenter toleravit, piorum eleemosyna redemptus, demum in conventu Egenburgensi beato fine quievit a. 1506.

Rep. p. Theobaldus de Geisling, praedicator celebris, ab omni populo ob ingentem lucrandarum animarum zelum nuncupatus Austriae apostolus. Dum a. 1520 die 16. Iannarii non sine sanctitatis opinione supremum obiisset diem Viennae ad S^{um} Theobaldum, eius funus plurimi saeculares collachrymantes comitati sunt, et quia bis mille et plures sermones Viennae habuit, merito concionatoris apostolici titulum obtinuit.

Rev. p. Medardus van Kirchen, mirae eruditionis vir, Graeci Hebraicique idiomatis apprime gnarus, regis Ferdinandi per octennium concionator anlicus, gliscentis Lutheranae sectae oppugnator acerrimus, magna sanctitatis fama celebris, ob. Enstorffii²⁾ a. 1533.

Confessores regum, archiducum etc.:

Rev. p. Andreas, serenissimae Beatricis reginae Hungariae confessarius, profundissimus Scotista, vir maximae perfectionis. Regina ob eximiam eius venerationem, dum Viennae ad S^{os} Theobaldum et Bernardinum plenus dierum supremam egisset diem, ante aram sⁱ Theobaldi magnifico cum apparatu ei iusta fieri, dein corpus duplici thecae impositum in Hungariam secum deferri ac honorifice ibidem condi iussit a. 1489.

Fr^{es} in coenobio s. Theobaldi extra muros Vindobonae mortui et sepulti:

In ita diruto ac demolito sⁱ Theobaldi loco²⁾ ducentorum et trium fr^{um} (praeter ense barbaro peremptos) ossa et cineres requiescunt. Ex his memoria digniores provinciae vetustior defunctorum catalogus ita recenset:

Rev. p. Bonaventura de Bavaria, praedicator ferventissimus, tam populo quam clero acceptissimus, ex primis provinciae fr^{ibus} et primus post divisionem provinciae vic., ob. ut actualis guardianus a. 1467.

P. Clemens de Franconia, cantor bonus.

P. Gervasius de Bavaria, ligator librorum.

Fr. Vitus de Gaebliz l., coquus b. pi^s Capistrani, a. 1485.

Rev. p. Bernardinus de Ingolstatt, excellentissimae doctrinae et praedicator celeberrimus, fuit ex primis fr^{ibus} et aliquando vic. provinciae, mortuus est inter praedicandum circa medium quadragesimae a. 1486.

P. Marcellus de Libera Civitate, sac. purns, simplex et rectus.

Rev. p. Angelus de Kirchs Schlag ex primis fr^{ibus}, columna provinciae, saepius vic. eiusdem, a. 1488.

^{a)} Corrige: Enzerstorffii.

¹⁾ *Clastrum s. Mariae Magdaleneae in Enzersdorf sub arce Lichtenstein situm dedicatum a. 1454 fratribus Minoribus traditum est.* ²⁾ *Coenobium a. 1529 ab Ottomanis dirutum est, quare fratres Minores illud mense Septembri eiusdem anni deserere coacti sunt.*

- P. Dominicus virtute silentii et oratione singulariter praeditus a. 1489.
 Fr. Urbanus l. exemplarissimae vitae et magnae charitatis a. 1492.
 P. Clemens de Amberga praedicator, vir magnae humilitatis.
 P. Gregorius de Weidhoffen, zelator altissimae paupertatis, a. 1493.
 5 Rev. p. Andreas de Leubs, vir centum annorum, devotionis et orationis gratia singulariter clarus,
 unus de primis electis lapidibus angularibus provinciae, a. 1494.
 Fr. Marcus de Silesia l., coquus maximae devotionis et paupertatis.
 P. Raphael de Silesia devotus, prius can. regularis ad Sum Dorotheam.
 P. Bernardinus Prandstoetter, mag. artium et noviorum, a. 1500.
 10 P. Bernardinus de Mistlbach, mag. et baccalaureus theologiae, praedicator bonus et guardianus,
 a. 1502.
 P. Ambrosius de Tulna, unus de primis fribus.
 P. Adamus, s^e theologiae doctor, qui antea fuit conventualis, a. 1509.
 P. Bernardinus, olim commissarius provinciae sⁱ Francisci, a. 1510.
 15 P. Udalricus de Iudenburg, discretus ad capitulum, singularis devotionis, praecipue in corona
 b. virginis.
 P. Martinus de Franconia, specialis devotus et regularis observantiae zelator, ven^{lis} senex et
 unus de primis fribus, a. 1513.
 P. Tiburtius de Prussia, unus ex primis fribus.
 20 P. Ioannes de Vienna, mag. artium, vir promptissimae obedientiae, sepultus in sacello sⁱ Theobaldi.
 P. Casparus de Leubniz, in iure peritus, fuit saepius guardianus.
 P. Wenceslaus de Bruna, devotissimus unus ex primis fribus.
 Rev. p. Archangelus de Weitrach, vir in omni scientia clarus, per decem annos provinciam rexit,
 senio confectus diem clausit extremum in sabbato et sepultus est ante altare maius a. 1518.
 25 Fr. Paulus de S^o Hippolyto, unus ex senioribus provinciae fribus, laboriosissimus in omnibus, quae
 sibi iniungebantur.
 Rev. p. Theobaldus de Geisling, praedicator celeberrimus, apostolus Austriae dictus, qui ultra
 2000 sermonum habuit. Hunc tota planxit Vienna, ob. in festo nostrorum quinque martyrum a. 1520.
 Rev. p. Michael Praunecken, praedicator facundus, pluries custos et guardianus, custos custodum,
 30 in theologia aliisque scientiis subtilissimus etc., a. 1525.
 Rev. p. Bernardinus de Oeringen, vir devotissimus et pro fidelium animarum in purgatorio
 liberatione orator singularissimus, a. 1525.

Fr^{es} in ecclesia sⁱ Ruperti¹⁾ post translationem sepulti.

- Primus in hoc loco sepultus est suprafatus p. Basilius de Gunterstorff, mirae pietatis sac. et cum
 35 primis fribus huc introductus, a. 1535, quem sequentibus annis secuti sunt sequentes:
 P. Georgius de Lindau sac. a. 1537. P. Theodoricus, saepius vic. et ultimo in loco ad Sum Ruper-
 tum, a. 1537.
 Rev. p. Christophorus de Thernis, guardianus Viennensis, custos Austriae, sex annis provincialis
 minr, facultatis Viennensis mag. et concionator apostolicus, qui, postquam domum sⁱ Ruperti a Ferdi-
 40 nando Romanorum, Bohemiae et Hungariae rege impetrasset, non sine iustis lachrymis peste ob., sicut
 et sequentes 5 fr^{es}, a. 1540: p. Achacius de Puron, p. Procopius de Cellis, loci vic., p. Hieronymus de
 Croatia, p. Leonardus de Scallis, coquus, p. Philippus de Weissenhorn.
 P. Petrus de Oeniponto, guardianus et custos Austriae, a. 1541.
 P. Mathias de Monachio, praedicator egregius, a. 1541.
 45 P. Longinus de Villaco vic. a. 1541.
 Fr. Ioachimus Tiltz l., sartor.

Fr^{es} in conventu Lengbacensi²⁾ defuncti:

- P. Andreas de Retsch, nobilis p. et in provincia praecipuus ad bonos mores eutrapelus, aliquando
 commissarius et saepius guardianus.
 50 P. Marianus de Doerffen, praedicator percelebris.
 P. Mathias de Samaria confessor.

¹⁾ Ad hanc ecclesiam Vindobonae sitam fratres Minores coenobio ss. Theobaldi et Bernardini
 a. 1529 diruto transierunt. ²⁾ In Neu-Lengbach Austr. Inf. conventus Paradysi claustrum in Silva
 Vindobonensi a. 1529 diruto crectus est.

P. Sigismundus de Iæhrendorff, p. s^o conversationis, qui socius erat in Terram Sanctam admodum revⁱ p^{is} Christophori a Varisio, sⁱ Capistrani coadiutoris, et primus Kaezelstorffi ad S^{am} Radegundem, dum aedificaretur, guardianus, ob. a. 1473.

Fr. Theobaldus de Franconia l. ob. a. 1477.

P. Ignatius de Norimberga sac. a. 1482. 5

Fr. Fortunatus de Austria l. a. 1482.

Fr. Georgius de Silesia l. a. 1484. P. Theodorus de Austria confessor a. 1484.

Fr. Bonaventura de Graez cler. a. 1485. Fr. Alexius de Bavaria l., lapicida, a. 1486.

Fr. Remigius de Bohemia l. a. 1491. P. Martinus de Seefeld a. 1495. Fr. Urbanus de Vienna cler. a. 1495. P. Martinus de Prussia confessor a. 1495. Fr. Erasmus de Styria cler. nov. a. 1495. Fr. 10
Vincentius de Voelckenmarck cler. nov. a. 1495. Fr. Thomas de Egenburga, l. ex quaestura redux, nivibus obrutus eodem anno. P. Georgius de Mellicia procurator 1502. P. Damianus de Gmund 1506. Fr. Wolfgangus de Steinkirchen pistor 1507. P. Ioannes de Oering sac. pientissimus 1508. Fr. Zacharias cler. sub incendio periit 1509. Fr. Paulus de Graez cler. 1521.

Fr^{es} in conventu Feldsbergensi ¹⁾ mortui et sepulti: 15

A. 1494 fr. Felix l. primus defunctus in Feldsperg.

A. 1495 fr. Massaens l., hortulanus. Fr. Thaddaeus de Salzburga l. P. Faustinus de Sierndorff l.

A. 1502 p. Iacobus de Vienna sac.

A. 1504 p. Simon Petrus, de senioribus sac. devotus.

A. 1507 fr. Michael de Egenburga l. 20

A. 1508 p. Simon de Linz sac.

A. 1517 fr. Nicolaus l., sartor.

A. 1518 p. Prosper de Missna centenarius et ultra, honestissimus p., qui nunquam chorum neglexit, etiam in senectute extra stallas sine appodiatione permanendo etc.

A. eodem p. Ioannes de Hallis sac. 25

A. 1521 p. Bernardinus de Kuelbach, sac., bonus confessor. Fr. Baptista de Lauffen l.

A. 1526 p. Henricus de Hartberg, vir maturus, zelator fidei et religionis, multoties guardianus, ut vic. loci ob.

De viris scientia, doctrina aut arte conspicuis, item scriptoribus litteratis, qui opera typis vulgarunt etc.: 30

Rev. p. Hilarius de Kirchs Schlag, reginae coeli devotissimus, praedicator valens, alios illo tempore facillime praecellens, cum summa omnium laude Viennae sacram scripturam interpretatus est, unus ex primis provinciae p^{ibus} a s^o Capistrano susceptus, quiescit iuxta chori antiqui pulpitem Puppingae mortuus a. 1483.

Rev. p. Bernardinus de Ingolstatt, verbi dei celeberrimus praeco, in omni scientiarum genere 35
versatus, unus ex provinciae lapidibus angularibus et eximius regularis observantiae zelotes, dum actu Viennae ad S^{um} Theobaldum conciones quadragesimales perficeret, ad omnium lamentum ob. a. 1485.

Rev. p. Clemens de Dietmaria, nobili genere oriundus, profundissimae scientiae ac litteraturae, in explicandis consiliis dexterrimus, Viennae extra muros frequenter guardianus, mortuus est Brunae in Moravia a. 1487. 40

Rev. p. Alexander de Posenio, artium liberalium et philosophiae mag., praedicator desiderabilis, magnae scientiae ac virtutis, in heterodoxis ad gremium ecclesiae revocandis indefessus zelotes, quare, ut contra Georgium Podiebrad, haeticorum fautorem et regni Bohemiae usurpatorem, sicut et Hussitas bullam pontificiam per universam archidioecesim Salisburgensem praedicaret, ab ep^o Ferrariensi, legato apostolico, cum uberrimo fructu assumptus fuit a. 1468, ob. Labaci in Carniola 1496. 45

Rev. p. Paulus de Weiden, famosissimus verbi dei praedicator, apud quem prorsus nulla fuit personarum acceptio, in suis sermonibus loquens magnis, parvulis veritatis iaculis aequae feriebat, omnibus in summo honore fuit. Moritur Schwazii in Tyroli a. 1511.

Rev. p. Christophorus de Monachio Viennae cum omnium applausu docuit in universitate, praedicator verbi dei facundissimus, omnibus, tam clero quam reliquo populo gratus, qua provinciae vic. 50
moritur Perusii ex capitulo generali in Austriam redux a. 1519.

Rev. p. Theobaldus de Geisling ob energeticum e cathedra dicendi modum famosissimus praedicator communique plebis voce Austriae apostolus nuncupatus. Duo millia sermonum solum Viennae habuit

¹⁾ *Clastrum Feldsbergense in Austria Inferiore iam ante a. 1454 exstitit. Non multo post a. 1487 fratres Minores observantes huc introducti sunt.* 55

cum copioso animarum fructu, alias supremus paupertatis amator, pientissimus cum omni homine conservator, quem morientem tota planxit Vienna a. 1520.

Rev. p. Benedictus Dalmatinus tanta doctrina et scientia claruit, quod omnium doctiorum calculo inter doctissimos totius ordinis reputatus fuerit. Erat olim provinciae Bohemiae commissarius. Quiescit
5 Iudenburgi a. 1522.

Rev. p. Michael de Praunecken, in doctrina Scoti doctoris subtilis adeo excellens, quod eum universitas Vienn. alterum in subtilitate Scotum nominaverit, praedicator etiam facundus et in aliis scientiis bene versatus, custos custodum eligitur et moritur non absque iustis lachrymis Viennae a. 1525.

Rev. p. Benedictus a Praegantia, vir zelosus ac summe doctus, saepius custos custodum et com-
10 missarius gen(eralis) ad conitia ordinis missus, ob singularem rerum agendarum dexteritatem in plurimis provinciae negotiis tum ad summum pontificem, tum ad caesarem et reges saepissime occupatus, ob Graecii a. 1531.

Rev. p. Franciscus de Schwaz, custos Athesi, singularis eruditionis et doctrinae, praecipue in Hebraica litteratura versatus, ob. Schwazii a. 1534.

15 Rev. p. Georgius de Amberga, aliquando provinciae vic., praedicator egregius et famosus, in sacro poenitentiae tribunali indefessus, vir magni consilii et discretionis, plurium librorum propria manu exaratorum laudatissimus autor^{a)}, Schwazii moritur a. 1534.

Rev. p. Anselmus de Vienna, saepius in provinciae min^{rum} electus et primus ex Austria in diffinitorem generalem assumptus, doctrina et virtute celebris, maxima in rebus agendis pollebat
20 dexteritate et prudentia, praeter scriptos tractatus plures edidit omnem devotionis spiritum spirantes libros. Terrena fastidians et coelestia inquirens, suae solum saluti intentus, beato fine quievit ad S^{um} Hippolytum a. 1535.

^{a)} *Herzog scripsit*: laudatissimus author.

MONUMENTA NECROLOGICA PATRUM PRAEDICATORUM RETZENSIIUM.

Patrum Praedicatorum s. Dominici regulam professorum conventus Retzensis a Bertholdo comite a Hardegg, burgravio Magdeburgensi, eiusque uxore Wilbirge a. 1300 fundati atque dotati monumenta ex parte tantum adhuc exstant necrologica.

1. *Annales necrologici a. circiter 1513 scribi inchoati ac a variis librariorum manibus ulterius usque ad saec. 19. deducti in eiusdem claustris bibliotheca asservati libro dicto ligneo, tabulas tres dimidiamque membrana indutas, tinea iam corrosas, complectente, continentur. Notis antiquiori ex libello, ut opinor, depromptis capitis mortui imago depicta praefixa relationesque de claustris Retzensis fundatione, fundatoribus, eorum obitus diebus in tabula prima praemissae sunt. Quos annales vir clarissimus, doctor Sebastianus Brunner ('Der Prediger-Orden in Wien und Oesterreich' p. 42 sqq.) primus, etsi minus accurate, in lucem edidit.*

2. *Conventus patrum Praedicatorum Retzensis necrologii, quod vir memoria meritisque venerabilis Raimundus Duellius (Miscellaneorum liber II, p. 170 sqq.) primum quondam vulgavit quodque praeter fundatorum obitus dies anniversaria quoque in conventu fundata memorat, codicem manu scriptum haud reperire potui, quare eum perisse censeo. Et annales et necrologium litteris minutis excudenda curavi. Vide quae de his monumentis exposui 'Neues Archiv' XXXV, 732 sqq.*

P. Antonino Patze, eiusdem conventus priori optime merito, quod annalibus necrologicis in claustris utendi licentiam mihi libenter concesserit, hic quoque gratias ago debitas.

ANNALES NECROLOGICI PATRUM PRAEDICATORUM RETZENSIIUM.

Pro vivorum solamine et mortuorum iuvamine appensum est hoc opusculum a. d. 1513 in die s. Iohannis Baptiste, precursoris salvatoris nⁱ.^a)

Notum sit universis et singulis hoc presens infrascriptum legentibus, quod sacer ordo Praedicatorum institutus est a s^o patriarcha Dominico, p^o et fundatore primo, in partibus Tholosanis et per summum pontificem Honorium tertium a. 1216 apud S^{um} Petrum in Roma. Ob. autem s. p. Dominicus a. d. 1221, octavo idus Augusti in Bononia, canonisatus per Gregorium nonum a. d. 1234 octavo idus Iulii. Crevit autem sacer ordo et miro modo dilatatus est sub eius vita et post eius felicem mortem adeo, ut etiam in hac civitate Retzensi monasterium ordinis Praedicatorum sit constructum in honore 10

^a) Praecedentia colore rubro scripta sunt.

assumpcionis gloriosissime virginis Marie. A quo autem et quo tempore id factum sit, potest colligi et elici ex veteri martirologio, in quo sic continetur: 'A. d. 1312 ob. d. com. Berchtoldus de Hardech, fundator conventus nⁱ in Retz et consumator, qui fuit oriundus ex Thuringia de comicia nomine Rabenswaldt. Hic rexit pacifice comiciam de Hardeck in omni iusticia et equitate commendabiliter plus quam 34 annis cum ux^e sua d^a Wilbirge.' Hec ibi. Hoc notatur septimo Augusti et post sequitur 27. Augusti hoc modo: 'A. d. 1314 ob. d^a com^a Wilbirgis fundatrix conventus nⁱ et com^{is} Berchtoldi ux., hic simul agitur anniv.' Hec ibi tantum et non plus habetur, quia a. d. 1425 in vigilia s. Katherine virginis et martyris regente d^o glorioso d^o Iohanne de Maydwurk venerunt Hussite. quorum capitaneus dampnate memorie fuit Tziska^a) et Procopius, rasmus mente et corpore cecus. Hii devastaverunt civitatem et monasterium spoliaverunt et incineraverunt, p^{es} et fr^{es} occiderunt, seniore p^{em} in puteum conventus proiecerunt, clenodia et litteras foundationum abstulerunt, eciam vetus martyrologium, de quo supra mentio, quod reallatum est a. d. 1498 in dominica Reminiscere.

Post mortem generosi com^{is} de Hardeck oriundi de Thuringia, fundatoris istius monasterii, gloriosi com^{es} de Maydwurk imperfecta restauraverunt et fundos contribuerunt, sub ultimo com^e de Maydwurk, videlicet com^e Michaelae, supradicti com^{is} Iohannis filio, adducte sunt preciose et s^e reliquie alme virginis et martyris Cristine ad hoc monasterium. Ob. autem magnificus d. Michael com. ex Hardeck, ultimus huius nominis ex com^{ibus} de Maydwurk, sepultus in choro fr^{um} ordinis sⁱ Augustini in Vienna, a. d. 1483, IX. kal. Aprilis.

Anniv. magnificorum et ill^{orum} d^{orum} com^{um} de Maydwurk, fundatorum h. c., semper peragendum in die s^e Barbare virginis et martiris.

b) Consequenter subnotantur nomina p^{um} et fr^{um} et quorundam benefactorum h. c., qui ante nos decesserunt, quorum quotatio annorum salutis ignoratur. Nos vero in eorum labores intravimus, et gratitudo vera exigit, ut eorum salubrem memoriam habeamus. Hoc eis cedit in refrigerium, denique viventibus inde consurgit gloriosa probatio post spem, quam habent, quia post mortem eorum sic eis fiet a superstitibus, sicut ipsi suis predecessoribus faciunt, dicente Christo Marci quarto*: 'qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis et adicietur vobis'. Requirit ergo ut^c) verus ordo, de prioribus prior fiat mentio. Ideo inprimis subscribentur nomina priorum, qui fuerunt primi regentes^d) in hoc monasterio et quasi fundatores.

Ob. rev. p. fr. Thomas dictus Schurling, prior h. c., V. non. kal.^e) Octobris.
 Ob. rev. p. fr. Cristannus de Schataw, prior et lector h. c., IV. non. Maii.
 Ob. p. fr. Thomas Krigler, prior hic, XIII. kal. Decembris.
 Ob. fr. Iacobus de Pulka, quondam prior et summus cap. in Graetz, XI. kal. Martii.
 Ob. rev. p. fr. Otto, prior domus, natus ex Leubensdorff, VI. kal. Maii.
 Ob. fr^{es} Udalricus cv. et fr. Nicolaus de S^o Hypolito sac. nonis Ianuarii.
 Ob. fr. Michael cv. VI. id. Ianuarii.
 Ob. fr. Hermannus sac. IV. id. Ianuarii.
 Ob. fr. Hainricus, villicus de Pusslendorff, XVII. kal. Februarii, hic sepultus.
 Ob. fr. Tzendelinus sac. in die sⁱ Ignacii.
 Ob. fr. Andreas, de civitate sac., IV. non. Februarii, in die purificationis b. Marie.
 Ob. fr. Thomas de Neuwurga sac. III. non. Februarii, in die sⁱ Blasii martyris.
 Ob. fr. Hilbrandus sac. V. id. Februarii.
 Ob. fr. Georgius de Anaso sac. VIII. kal. Martii.
 Ob. fr. Iohannes de Curia sac. II. id. Martii.
 Ob. fr. Steffanus cv. XIII. kal. Aprilis.
 Ob. fr. Conradus de Tznoyma sac. XII. kal. Aprilis.

f) Secuntur nomina p^{um} et fr^{um} h. c. necnon et quotationes dierum et annorum, in quibus diebus et annis decesserunt.

A. d. 1309 ob. rev. p. fr. Hainricus de Neuburga, primus prior conventus Retzensis post receptionem loci a principibus atque sacri imperii burgicomitibus in Maydwurk et com^{ibus} in Hardeck, qui conventum hunc fundavit suis impensis, post g) omnium s^{orum}.

A. d. 1327 ob. rev. p. fr. Hainricus de Retza, prior et quasi secundus fundator tam in spiritualibus quam in temporalibus. Hic fuit diffinitor capitulorum generalium et provincialium, lector et prior pluries in Vienna, vic. nationis per decem annos et vic. generalis provincie Hungarice. Ob. autem ante nativitatem Marie.

a) Sequitur locus rasmus. b) Sequentia omnia usque ad quasi fundatores (l. 28) colore rubro scripta sunt. c) Corrige: verus ordo, ut. d) Sequitur deletum: fuerunt. e) Sic (nonas kalendas) tabula. f) Sequentia usque annis decesserunt colore rubro scripta. g) Suppl.: festum.

- A. d. 1329 ob. fr. Thomas de Laa, sac. et predicator, XV. kal. Aprilis.
 A. d. 1336 ob. fr. Georgius de Schataw sac. III. id. Aprilis.
 A. d. 1342 ob. fr. Iacobus de Felczberg, quondam provincialis Theutonie, rexit laudabiliter XVI annis, II. id. Augusti.
 A. d. 1346 ob. fr. Berchtholdus Fruepeyss sac. XVII. kal. Novembris. 5
 A. d. 1361 ob. fr. Leo dictus Raeklaesdarffer, supprior h. c., VI. id. Novembris.
 A. d. 1383 ob. fr. Steffanus de Tzelderndorff sac. VI. id. Martii.
 A. d. 1384 ob. fr. Ioannes de Imendorff sac. in die sⁱ Ambrosii epⁱ et confessoris.
 A. d. 1395 ob. fr. Nicolaus de Asparn sac. III. kal. Octobris.
 A. d. 1413 ob. fr. Oswaldus, sac. et predicator conventus, in die sⁱ Michaelis. 10
 A. d. 1416 ob. fr. Iohannes de Tierndorff, sac. et predicator, altera die post Dyonsii.
 A. d. 1421 ob. fr. Tyboldus, diac. de civitate, XVII. kal. Aprilis.
 A. d. 1424 ob. fr. Symon de Naelib nov. VII. id. Novembris.
 A. d. 1427 ob. rev. p. fr. Franciscus de Retza, sacre theologie professor, fil. natus h. c., qui fuit primus doctor creatus theologie et regens gimnasii Wienn. ac vic. generalis n^e nationis et Ungarie. 15
 Hic fuit fundator huius domus quasi tertius, sepultus est in conventu Wienn.
 A. d. 1462 ob. fr. Petrus Alber sac. II. kal. Aprilis.
 A. d. 1473 ob. fr. Thomas Phsinsivol diac. in translatione b. Dominici p^{is} nⁱ.
 A. d. 1474 ob. fr. Augustinus Perner sac. III. kal. Iulii.
 Ob. fr. Wentzeslaus Strackae kal. Octobris. 20
 Ob. fr. Symon Lentl sac. XVI. kal. Novembris.
 A. d. 1475 ob. fr. Laurentius Staentzel sac. V. kal. Augusti.
 A. d. 1481 ob. fr. Wolfgangus^a) Haug sac. VIII. kal. Novembris.
 Ob. fr. Iacobus cv. VIII. id. Februarii.
 A. d. 1483 ob. fr. Caspar Textoris sac. III. non. Septembris, sepultus in conventu Eystetensi. 25
 A. d. 1485 ob. rev. p. fr. Michael de Anaso, prior h. c. et iubiliaris, qui post incinerationem civitatis et conventus ab hereticis factam pro maiori parte conventum recuperavit et restauravit. Rexit conventum hunc Retzensem quadraginta annis et amplius et conventum Bctoviensem duobus annis, mortuus est in senectute bona plenus dierum, prout patet, nonagenarius altera die post festum Simonis et Iude. 30
 A. d. 1487 ob. fr. Erhardus Krueg sac. IV. kal. Novembris.
 A. d. 1490 ob. fr. Georgius Roetl sac. XVII. kal. Decembris.
 A. d. 1495 ob. p. fr. Rupertus Kaesrer, sacre pagine lector, in die sⁱ Dominici.
 A. d. 1502 ob. ven^{is} p. fr. Georgius Estl, sac. de Wienna, III. non. Maii.
 Ob. fr. Andreas Irnn de Basilea VIII. kal. Augusti. 35
 A. d. 1504 ob. fr. Fabianus sac. III. kal. Novembris.
 Ob. Michael Sumertoeckl de Egra sac. XV. kal. Februarii.
 Ob. fr. Ioannes Molitoris sac. X. kal. Maii.
 A. d. 1505 ob. fr. Udalricus cv. V. id. Aprilis.
 Ob. fr. Caspar nov. XVII. kal. Novembris. 40
 A. d. 1510 ob. fr. Mathaeus Schucler sac. XV. kal. Maii.
 A. d. 1511 ob. fr. Ioannes Lapicide, sac. de conventu Cremensi^b), VII. id. Martii, hic sepultus est.
 A. d. 1513 ob. fr. Petrus de Ulma sac. XIV. kal. Decembris, sepultus in conventu Wienn.
 A. d. 1517 ob. rev. p. fr. Virgilius Gerber, sacre theologie lector ac predicator generalis, quondam prior h. l., IV. kal. Ianuarii. 45
 Ob. fr. Paulus Lantzperger sac. III. kal. Iunii.
 Ob. fr. Erasmus, sac. et organista, XVIII. kal. Decembris.
 A. d. 1519 ob. rev. p. fr. Iohannes Seydel, supprior h. c., pridie kal. Iulii.
 A. d. 1520 ob. rev. p. fr. Steffanus Schwenk supprior III. id. Iunii. 50
 A. d. 1524 ob. fr. Wolfgangus Oeder sac. in die s^e Lucie virginis.
 c) 1525 ob. rev. p. fr. Iohannes Mensatoris, quondam prior h. c. et iubiliaris, VI. kal. Februarii.
 1529 ob. rev. p. fr. Gregorius sac. XIII. kal. Augusti.
 1530 ob. rev. p. fr. Ioannes Ernst, quondam supprior h. l., est sepultus in conventu Wienn. in die sorum martyrum Prothi et Iacincti. 55

^a) Corrige: Wolfgangus. ^b) Corrige: Cremsensi. ^c) *Sequentia nomina aliis manibus saec. 16. scripta sunt.*

1531 ob. rev. p. fr. Nicolaus Molitoris de Argentina, sacre theologie lector, in die *serum* apostolorum Petri und Pauli.

1534 ob. rev. p. fr. Steffanus Pawr, sacre theologie lector ac predicator generalis, quondam prior Stirensis ac conventualis conventus Retzensis, sepultus in civitate Patzn.^{a)}

NECROLOGIUM PATRUM PRAEDICATORUM RETZENSIIUM.

Necrologium fundatorum ac benefactorum conventus fratrum
Praedicatorum o. sⁱ D. Retzensis atque eorum anniv^{ia}.

IANUARIUS.

1. kal. A. d. 1394 ob. d. Iohannes com. de Hardecka in die circumcisionis dⁱ.
5. non. Ob. fr. Nicolaus de S^o Ypolito, sac. et praedicator.
31. II. kal. Anniv. dⁱ Wilhelmi Eibzinger.

FEBRUARIUS.

6. VIII. id. Anniv. dⁱ Rapper mil^{is} Rosenharter.
20. X. kal. A. d. 1464 ob. d^a Beatrix, dⁱ Pertoldi ux. com^{is} de Maydburg.
23. VII. kal. A. d. 1381 ob. d^a Iutta com^a, ux. dⁱ Purchardi com^{is} de Maidburg.

MARTIUS.

4. IV. non. Anniv. dⁱ Lenging.
5. III. non. A. d. 1388 ob. d. Burchardus com. de Hardek, benefactor conventus et fr^{um}.
9. VII. id. Anniv. Bertholdi Smydacher et suorum praedecessorum.
17. XVI. kal. A. d. 1361 ob. d^a Anna, ux. dⁱ com^{is} Purchardi senioris, in die s^o Gerdrudis.
24. IX. kal. Ob. d. Michael com. ex Hardech, ultimus huius nominis [e] comitibus de Maidburg, sepultus in choro fr^{um} ordinis sⁱ Augustini Wiennae, 1483.

APRILIS.

2. IV. non. A. d. 1367 ob. d^a Elena, ux. dⁱ Iohannis, duobus diebus ante festum sⁱ Ambrosii.
6. VIII. id. A. d. 1374 ob. d. Perchtoldus com. de Maidburch, hic sepultus.

IUNIUS.

5. non. A. d. 1328 ob. d. Pertholdus com. in die dedicationis castrⁱ in Retz.
8. VI. id. A. d. 1377 ob. d^a Agnes ducissa de Streliz, sor. dⁱ Purchardi com^{is}, in vigilia corporis Christi.
11. III. id. Ob. d^a Sophia abb^a de S. Bernhardo, sor. dⁱ Purchardi com^{is}.
15. XVII. kal. A. d. 1245¹⁾ ob. Fridericus dux Austriae.
17. XV. kal. Ob. d^a Elizabeth priorissa et com^a de Muenbach, sor. dⁱ Purchardi com^{is}.
19. XIII. kal. Ob. d^a Katharina com^a, sor. dⁱ Purchardi com^{is}.

IULIUS.

3. V. non. Anniv. dⁱ Sigismundi mil^{is} et suorum praedecessorum.
8. VIII. id. Ob. nobilis vir Rupertus Titelpruner, praefectus castrⁱ Retzensis, a. 1501, in choro fr^{um} sepultus.
15. id. Ob. d. Rudolphus rex Romanorum.
18. XV. kal. 1333 ob. d^a Agnes nobilis com^a, ux. dⁱ Perichtoldi com^{is} de Maidburg, in die sⁱ Alexii.

^{a)} *Sequuntur demum nomina ab anno 1619 mortuorum.*

¹⁾ *Recte: 1246.*

AUGUSTUS.

7. VII. id. A. d. 1312 ob. d. com. Berichtoldus de Hardech, fundator conventus nⁱ in Retz et consummator, qui fuit oriundus de Thuringia de comitia nomine Rabeuswalde. Hic rexit pacifice comitiam de Hardech in omni iustitia et aequitate commendabiliter plus quam 34 annis cum ux^e su^a d^a Wilbirgi.
11. III. id. A. d. 1375 ob. d^a com^a Elisabeth, sor. dⁱ Iohannis com^{is} de Maidburch, hic sepulta in sepulchro matris.
27. VI. kal. 1314 ob. d^a com^a Wilbirgis, fundatrix conventus nⁱ et com^{is} Perichtoldi ux.
31. II. kal. Ob. nobilis domicellus d. Georgius Gruenanger, in choro fr^{um} sepultus, a. 20. (14)95.

SEPTEMBER.

8. VI. id. Ob. rev. p. fr. Franciscus de Retza, sacrae theologiae professor, maximus benefactor et fautor h. d. quasi tertius, qui fuit regens in Vienna ac vic. generalis n^{ae} nationis et Ungariae.
25. VII. kal. A. d. 1349 ob. d. Conradus com. de Maidburg.

OCTOBER.

23. X. kal. Anniv. Francisci von der Ygla, cancellarii quondam dⁱ Michahelis com^{is} de Maydburg.
29. IV. kal. Ob. fr. Michael de Anaso, prior h. c. et iubilarius, qui post incinerationem civitatis et conventus ab haereticis factam pro maiori parte conventum recuperat et restaurat 1485 altera die post festum Simonis [et] Iude. Rexit conventum hunc Retzensem 42 annis et amplius et conventum Betoviensem 2 annis. Mortuus est in senectute bona plurimus dierum pater nonagenarius et emeritus provincialis provinciae.

NOVEMBER.

5. non. A. d. 1349 ob. d. Otto com., pleb. de Egenburga et can. in Patavia, hic sepultus.
10. IV. id. Ob. mag. Iohannes Theutonicus ordinis nⁱ IV., quondam eps. Bosnensis, natione Westvalus.
12. II. id. Ob. d. Purchardus com. senior de Retza a. d. 1360 proxima feria sexta post festum b. Martini.

DECEMBER.

3. III. non. Anniv. dorum comitum de Maidburg, fundatorum h. c.
6. VIII. id. A. d. 1353 ob. d. Otto com. de Maidburg.
21. XII. kal. A. d. 1393 in crastino sⁱ Thomae apostoli ob. com. Iohannes de Mohüll.

A. d. 1425 die sequenti post festum s^{ia} Martini convenerunt Hussitae cum maxima multitudine ad monasterium Lucense, inhabitaverunt illud per triduum et ceperunt fr^{es} aliquos, duos vero eis adhaerere nolentes combusserunt.

12. IV. id. A. d. 1330 ob. ill. et inclita d^a Elizabet¹⁾ secunda Romanorum regina, fundatrix capelle sⁱ Ludvici epⁱ et confessoris, tumulata in choro ante altare immediate, cuius dies anniv. solempniter peragatur; que testata est pro opere omnia clenodia sua, sed non sunt data. Habetur tamen pro opere passagium in Stain in Verthofen et aliqua^{b)} plura hic inferius [in civitate et in Margrafneusid].]
14. II. id. A. d. 1349 ob. d^a Gedrudis Hoesinna, magna m^r et benefactrix fr^{um}, cuius anniv. celebretur, quia dedit fr^{ibus} primo 60 th. ϕ . pro domo procuratricis, quam nunquam intravit; item vineam suam, que vendita est [pro^{c)} 74 th. ϕ . Eciam edificavit librariam magnam et quinque cameras iuxta lectorem et magnam partem infirmarie, que omnia disposuit fr. Hainricus Ratisponensis, gardianus loci.²⁾ Numeri florenorum et Wienn. et grossorum et quod massas^{d)} argenti sum oblitus, et ideo servemus sibi fidem, sicut habemus respondere deo].^{e)}
15. id. Ob. dⁱ Rodolphi Romanorum regis³⁾ celebretur.
17. XVI. kal. Edla puella Uerbetschinne ob., cuius anniv. celebretur, quia d^a Uerbetschinna dedit fr^{ibus} 10 th. ϕ .
18. XV. kal. [Dietmarus fil. dⁱ Gundacheri de Losenstain, hic se(pultus) in ecclesia n^a. Fr. Griffio, fr. dⁱ Wichardi et dⁱ Ulr(ici) circa fr^{es}, se(pultus) in capella b. Iohannis, ubi p. et m^r.] A. d. 1532 ob. d. Mathias de Losenstain, in ambitu prope refectorium sepultus.
19. XIV. kal. D^a Ella de Potenstain, maxima amatrix et benefactrix fr^{um}, ob. a. d. 1339, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare solempniter cum candelis, vigiliis 9 leccionum et missa pro defunctis, quia, exceptis omnibus beneficiis qualitercumque nominatis, omni anno fr^{es} recipiunt bonam summam elemosine de vinea sua et maxime de vestitu inferiori vel de lignis vel de pane, si karistia talis esset, sicut privilegium nominat lucide et aperte. Sor. Tueta ob., cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia legavit domum suam, quia vendita fuit pro 40 marcis. Item quedam Macza, hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia dedit fr^{ibus} ad valorem 20 th. ϕ .
20. XIII. kal. A. d. 1358 ob. ser^{mus} princeps d. Albertus⁴⁾ dux Austrie, amicus et p. et benefactor ordinis Minorum fr^{um}, cuius anniv. tenentur celebrare, 40 th. ϕ . testatus est, sed, quando dentur, ignoro.

^{a)} Sequitur extinctum: si. ^{b)} Sequitur locus rarus minor. ^{c)} Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta. ^{d)} Corrig.: quot marcas. ^{e)} In margine manu saec. 15 notatum: Nota: quere in conversione s. Pauli (Ian. 25, p. 168).

¹⁾ Filia Iacobi II. Arragoniae regis, ux. Friderici III. regis Romanorum. ²⁾ Cf. supra p. 167 ad diem Ian. 11. ³⁾ Ob. a. 1291. ⁴⁾ Albertus II., Claudus cognominatus.

- Nota: fr^{es} tenentur facere anniv. d^e Elizabet Listinne et sue sor^{is} d^e Gisle Zendlinne, hic se(pultarum), in vigilia sⁱ Iacobi vel in festo, quia fr^{es} eodem die percipiunt de S^a Clara 3 $\text{th. } \delta$. pro pitancia, et illi denarii recipiuntur de una domo bona et secura ex opposito Merchlini Ruffi. Chunradi Pellificis, hic se(pulti), fr^{es} receperunt duos pannos griseos malos pro 5 $\text{th. } \delta$.
21. XII. kal. Officium pro defunctis fr^{ib^{us}} et benefactoribus. [D^a Margareta¹) ux. Zolronis, filia dⁱ Griffonis, ob., hic se(pulta) in capella b. K(atherine).]
22. XI. kal. Otto Textor^a) ob., hic se(pultus), relicta sua peragit, credo, cum 60 δ sine officio. Quantum offerant, ignoro, tamen conservanda est propter futura. D^a Rikhardis de Pilichdorf^b) ob., se(pulta).
23. X. kal. D. Symon sac. de Neunburga ob., hic sepultus, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia dedit, quidquid habuit. Dedit enim unam vineam in monte Pusenperch, que vendita fuit pro 28 $\text{th. } \delta$, et lectos suos et quidquid in domo fuit, [quia testamentum frⁱ Hainrico, tunc gardiano, super animam suam commisit].
24. IX. kal. D^a Perchta Witinginna ob., hic se(pulta), magna m^r et benefactrix fr^{um}, cuius anniv. celebretur, quia, si oppositum fieret, peccaremus. Dedit enim frⁱ Martino lectori, postea min^o, auream crucem, que adhuc est in sacristia. Dedit etiam casulam de sameto viridis^c) coloris cum cruce de angelis et ascensione et alba stola et manipulo et^d) humerali, quod post mortem predicti p^{1s} datum fuit in Stain. Ibi adhuc est cum perlis pulchre ornatum. Item dedit calicem chori. Testata etiam fuerat 2 $\text{th. } \delta$ omni anno de S^a Clara pro anniv^o, que redempte sunt tempore fr^{is} Hainrici²), dudum gardiani, nobis nolentibus, pro 16 $\text{th. } \delta$, et credo, quod frⁱ Martino dedit pro libris, pro expensis et aliis beneficiis forte ad centum $\text{th. } \delta$. Anniv. Ulr(ici) de Predio celebretur proxima feria VI. post festum b. Iacobi, quia pro hoc recepimus 10 $\text{th. } \delta$. De hoc relicta sua habet literam conventus.
27. VI. kal. [A. d. 1342 ob. d. Hainricus³) eps. Laventinus, can. ecclesie Salez-purgensis et doctor decretorum, se(pultus) ante altare b. Kather(ine).]
30. III. kal. D^a Engla sor. Hosinne celebretur propter beneficia, sicut habetur II. id. Iulii. Sor. Alhaidis de Brunna ob., que testata est 1 $\text{th. } \delta$. reddituum pro sacristia, que datur de una domo inter Piscatores.
31. II. kal. [Michahel dictus Harber ob., hic se(pultus), cuius anniv. peragatur et ux^{is} Perchte, quia fr^{es} receperunt 20 $\text{th. } \delta$.]

AUGUSTUS.

3. III. non. D^a Katherina Oederinna, neptis d^e Witiginne, ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia recepimus 2 vasa vini pro 10 $\text{th. } \delta$.^e)

^a) *Supra lineam iterum suppletum*: Textor. ^b) *In margine iterum notatum*: Pilichdorf. ^c) viridix cod.
^d) *Sequitur deletum*: hua. ^e) libris δ . iterum colore rubro appositum.

¹) *Ob. a. 1300; cf. infra p. 200.* ²) *Ratisponensis; cf. supra p. 165, n. 1.* ³) *II. Mer de Apolda ob. a. 1342.*

Hertlinus camerarius ducis Rudolphi ob. et ux. sua Katherina, hic se(pulti). Anniv. peragatur, quando^a) relicte sue placet, quia semper aliquid dat, prout potest.

4. II. non. [Wernherus officialis, civ. Ratisponensis, ob., hic se(pultus) in ambitu. Tali die ob. Mangzzo Tewffenpeeh, cuius anniv. celebretur propter sua magna beneficia.]
6. VIII. id. D^e Gedrudis et d^e Katherine Chesslerinne sor^{um} anniv. celebretur. Iohannes fam. dⁱ Wichardi ob. a. d. 1346, hic sepultus, cui tenemur ad anniv. Testatus est 4 fl . reddituum de una vinea, 2^o fl . δ . omni anno pro pitancia in suo anniv^{io} et 2 fl . similiter pro eandelis vel pro cera pro festo virginis assumeionis. Nescio, quando dantur. D. Iohannes circa fr^{es} deberet porrigere, sed non facit.
8. VI. id. A. d. 1357 ob. d^a Anna pincerna de Dobra, quondam mag^a curie d^e dueisse, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia ad consilium sui confessoris fr^{is} Hainrici, dudum^b) gardiani, testata fuit pro fr^{ibus} 28 fl . δ ., que obtinuit post obitum suum cum adiutorio ser^{mi} principis dⁱ Alberti ducis Austrie, nⁱ p^{is}. [Eadem d^a dedit gardiano unum anulum cum smaragdo, quem computavit dux Ruedolphus pro 12 florenis, cuius lapidem fecit poni ad calicem aureum dⁱ Ulrici circa fr^{es}.]
9. V. id. Ulricus dictus Pentzo ob., hic se(pultus), cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia dedit pro ecclesia n^a nova, quando fuit incepta, 24 marcas argenti.
10. IV. id. D^a Elizabet ux. Ekherlini ob., hic sepulta, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia testata fuit unam domum, que estimabatur pro 30 fl . δ ., sed in pestilencia fuit tantum vendita pro 14 fl . δ .
12. II. id. D^a Offmia de Prunn, filia dⁱ Ulr(ici) de Pilichdorf, ob., cuius anniv. celebretur. Testata satis fuisset, sed nihil recepimus. Altare iuxta concellos^c) fundavit in capella b. K(atherino), sed non dotavit. Tamen mantellum suum de sameto testata fuit pro fr^{ibus}, quod fuit blavii coloris. De eo fecimus 2 tunicas pro dyac^o et subdyac^o, de perlis calicem.
14. XIX. kal. Katherina Chezzerinna magna amica fr^{um} et filia devota. [A. d. 1366 ob. puella Chunigundis de Sunnbereh, dicta Pergerinna, XIX. kal. Augusti, testata est pro sacristia 2 fl . reddituum super una vinea in Neunburga.]
[Nota^d), quod fr^{es} tenentur celebrare anniv. dⁱ Petri Colini, qui est cap. in curia Neunburgensi ante portam Scotorum, et suis progenitoribus cum vigiliis et missa pro defunctis semper in vigilia assumptionis et semper, quamdiu vivit, cum scitu suo, quia pro hoc libere dedit in magna necessitate 20 fl . δ ., et sepelietur nobiscum, quando deo placet. Quamdiu est in vita, cantetur sibi missa, que sue devocioni placet.]
15. XVIII. kal. D^a Margareta Chranestinna, maxima amatrix fr^{um}. Vere sibi tenemur, acsi multum dederit, hic se(pulta), [ex^e) amore ordi-

^a) quando — potest super loco raso scripta. ^b) Super loco raso. ^c) Sic saepe cad. ^d) Nota — placet a Nicolao Toplarii scripta. ^e) ex amore — eius anniv. postea colore rubro suppleta.

- nis tenemur facere eius anniv. D^a Clara de Rauchenstain, consors dⁱ Alberti, ob., hic sepulta in sepulchro d^{orum} de Pillechdorf].
16. XVII. kal. Chunradus mag. civium in Tuemprobst ob., cuius anniv. celebretur, quia dedit 10 $\text{th. } \text{d.}$ [D. Hoednscho mil. Oceanus, se(pultus) sub altare Malezchastonis. Nota, quod fr^{es} tenentur facere anniv. dⁱ Iohannis circa fr^{es} mil^{is} propter sua beneficia, sicut patet in registro^a), et semper infra octavam assumptionis virginis gloriose. Propter hoc fr^{es} recipiunt 2 $\text{th. } \text{d.}$, et porriguntur de Leupoltstorf de suis colonis, qui ob. a. d. 1380.]
17. XVI. kal. Anniv. d^e Perchte Snetzlinne celebretur. [D. Hermannus dictus Voegel, civ. de Augusta, ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine).]
18. XV. kal. Anniv. sor^{is} tercię regule Iaute et Margarete de Chranperch fr^{es} tenentur celebrare, quia omni anno percipiunt 1 $\text{th. } \text{d.}$ de una vinea, que aliquando fuit iuvenis Chienarii, sicut in littera plus continetur, sed non pro nobis. Infra octavam assumptionis tenentur fr^{es} facere anniv. cum vigiliis et missa defunctorum pro anima Iohannis Waczgiesser et Katherine ux^{is} sue, quia, si non fieret, tunc conventus oporteret porrigere 1 $\frac{1}{2}$ ^b) libram pro^c) ad hospitale. De hoc habent eives litteram cum sigillo conventus in consilio repositam.
19. XIV. kal. Puella Elizabet Sebekchinna, sor. fr^{is} Wolfhardi, ob., hic sepulta, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare, quia testata fuit 2 th. reddituum, que^d) redempte sunt tempore fr^{is} Nicolai Toplarii pro 14 $\text{th. } \text{d.}$
20. XIII. kal. D^a Katherine consors dⁱ Ulrici circa fr^{es}, hic se(pulta). [D. Hainricus domicellus, fil. dⁱ Ottonis de Zelking.]
21. XII. kal. Anniv. d^e Katherine Tuersinne de Sunnberch celebretur, quia habemus ab ea ornatum integrum aurifriger^c), sicut in registro sacristie invenitur. [Ob. a. d. 1337 d^a Anna com^a de Chatzenellpoegeen, hic se(pulta).]
22. XI. kal. [Anniv. sor^{is} Iermle de tercio ordine celebretur singulis annis, quia fr^{es} omni anno recipiunt 1 $\text{th. } \text{d.}$, quam mag^a habet dare de domo, quam inhabitant.]
24. IX. kal. Anniv. dⁱ Sifridi de Weidnikkh et ux^{is} sue Wentle celebretur in vigilia b. Bartholomei, quia dedit bonam elemosinam fr^{ibus}, et de hoc habet litteram conventus. [D^a Alhaidis Schutburflinne, hic se(pulta). Anniv.^e)] Anniv. nobilis dⁱ Iohannis Wuerfel celebretur circa festum sⁱ Bartholomaei ante vel post in octo diebus, quia conventus recepit 16 $\text{th. } \text{d.}$, que posite sunt super una domo in der Scheftstrass. Si autem secus per negligentiam factum fuerit, tunc conventus obligatur dare hospitali $\frac{1}{2}$ $\text{th. } \text{d.}$. Actum a. d. 1440.^f)
25. VIII. kal. Anniv. dⁱ Ortolfi de Puerchartstorf celebretur, quia fuit magnus amicus fr^{um}. Anniv. sor^{is} Weintrudis et sor^{um} suarum celebretur, quia pro hoc dedit domum suam, vineam suam et quidquid in domo habuit.^d)

^a) in registro *super loco raso scriptum.*
locus rarus minor.

^e) *Sequitur locus rarus maior.*

^b) *Sequitur extinctum: litteram.*

^c) *Cod.*

^d) *Sequitur*

^f) *In margine eadem manu notatum: pena.*

26. VII. kal. Anniv. Leupoldi et ux^{is} eius Agnetis et filii sui celebretur, quia in pestilencia dedit fr^{ibus} 8 *th. s.* Anniv. Wichardi publici notarii et ux^{is} d^e Elizabet celebretur, quia tempore fr^{is} Hainrici, dudum gardiani, qui fuit scriptor testamenti sui, cesserunt fr^{ibus} ad 30 *th. s.* [Ob. ill^{mi} dⁱ dⁱ Otakheri Bohemic regis 1283¹⁾, cuius cor et interiora se(pulta) sunt in capella b. K(atherine).]
27. VI. kal. D^a Agnes Penckinna ob., cuius anniv. celebretur, quia dedit fr^{ibus} valde bonam vineam, que^{a)} vendita est pro 43 *th. s.*, et perpetue 1 *th. s.* pro anniv^{io} de domo sua^{b)}, et fuit maxima amatrix fr^{um}. Eciam tempore fr^{is} Dietrici, p^{is} revⁱ, ad alios conventus multum dedit.^{c)} Ob. dⁱ Chunradi Hagarii celebretur proxima feria sexta ante festum b. Augustini, quia propter hoc ux. ipsius dedit conventui 5 marcas argenti. Nota, quod anniv. coci Alberti de Neunburga ex parte claustris celebretur in vigilia b. Augustini, quia conventus tempore suo recepit ab eo 70 *th. s.*
28. V. kal. Anniv. d^e Elizabet de Zelking, que fuit avia istorum de Zelking, merito celebretur, quia fr^{es} omni anno habent 3 *th. s.* cum $\frac{1}{2}$, sed littera plus dicit, et dantur de hiis locis: de Rueprechtzdorf et de Spannberch. Habuimus etiam ab ea 100 florenos, de quibus ego fr. Hainricus, dudum^{d)} gardianus, adhuc inveni 50 minus 1.
29. IV. kal. [D^a Margar(eta) de Sunnberch ob., hic se(pulta) ante sacristiam iuxta aspersorium. A. d. 1395 ob. ser^{mus} princeps d. dux Austrie Albertus tercius.]
30. III. kal. D^a Agnes relicta^{e)} magⁱ Friderici aurifabri ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia recepimus ab ea 20 *th. s.*^{f)}

SEPTEMBER.

1. kal. Anniv. Perchtoldi Welser et progenitorum suorum celebretur, quia est testatus pro fr^{ibus} 100 *th. s.*, qui fuit fr. Reisenpergerinne d^e Elizabet. Anniv. Gedrudis Warthvelderinne celebretur, quia dedit vineam suam pro fr^{ibus}, que adhuc spectat pro opere n^o, licet commutacio sit facta. Anniv. d^e Alhaidis de Polnhaim et sor^{is} sue d^e Chunigundis de Ternberch celebretur, quia dedit pro fr^{ibus} unam bonam vineam, que vendita fuit pro 48 *th. s.* Perpetua missa est in littera, sed a nullo promissa. Vendicio facta est de vinea tempore fr^{is} Hainrici, dudum gardiani. Anniv. Ludvici Mentler celebretur, quia fr^{es} omni anno recipiunt a relicta sua 1 *th. s.* Anniv. Iohannis de Prespurkeh peragatur omni anno in crastino sⁱ Egidii cum vigiliis et missa defunctorum.
2. IV. non. Anniv. d^e Wentle de Sternberch com^{is}, hic sepulte^{g)}, celebretur, quia fr^{es} receperunt 40 *th. s.* de suo testamento.

^{a)} que vendita est pro 43 *th. s.* colore rubro in margine suppleta. ^{b)} de domo sua in margine colore rubro scripta. ^{c)} Sequuntur deleta: Anniv. Ottonis Per et Elizabet ux^{is} sue celebretur, quia fr^{es} omni anno recipiunt 1 *th. s.* pro pitancia, et quidam civ. Wienn. dictus Rossel, gener Michabelis Drescher, porrigit de una vinea. ^{d)} Super loco raso scriptum. ^{e)} Suppletum pro extincto: ux. ^{f)} Sequitur locus rarus. ^{g)} hic sepulte eadem manu super linea suppletum.

¹⁾ Occisi VII. kal. Septembris a. 1278.

3. III. non. Anniv. d^e Brigide Hingergerinne celebretur^a) propter beneficia d^e Witiginne, sicut in vigilia b. Iacobi¹) invenitur.
4. II. non. [A. d. 1371 ob. Chunradus Peisser nobilis, non mil., de familia Chreigarii, hic se(pultus), a quo habuimus unum equum, pro quo habuimus 4 t. cum $\frac{1}{2}$ et 32 d. et unam sexagenam grossorum pro cera pro candelis magnis et parvis.]
5. non. Anniv. d^e Chunigundis Uelmaninne celebretur, quia legavit pro fr^{ib}us unam domum, que vendita fuit pro 36 marcis argenti.
6. VIII. id. Anniv. Ulrici de Medlico et ux^{is} sue Gisle peragatur, quia dederunt nobis domum n^{am} in Medlico, quorum fil. vocabatur fr. Chunradus de Etzkesterf.
7. VII. id. Anniv. d^e Perchte et sui mariti, magⁱ Chunradi Carpentarii peragatur, si placet, propter servitia filiorum suorum, fr^{is} Hainrici, dudum^b) gardiani Wienn.²), et fr^{is} Iohannis, dudum gardiani Prukensis et Goritzensis.^c) Anniv. Ulrici Puchser, hic sepulti, celebretur, propter testamentum reliete sue d^e Margar(ete) Seifridinne, [sicut habetur IV. kal. Octobris³)].
9. V. id. [D. Fridericus de Magenpuech mil., se(pultus) ante chorum, et ux., ob. 1307.]
10. IV. id. [Sifridus Schutburfl, hic se(pultus) in ambitu. A. d. 1380 ob. p. rev. fr. Purchardus, quondam min^r Austrie, qui plurima volumina, videlicet 11, dedit pro libraria et aliqua pro sacristia^d), calicem et ornatum simplicem.]
11. III. id. Dietricus Sartor dedit fr^{ib}us 1 vas vini, quod valuit 7 t. , ideo anniv. peragatur.
16. XVI. kal. Sexta feria in quatuor temporibus celebretur anniv. Nicolai Teterl et Nicolai Schinpain, piscatorum, quia dederunt fr^{ib}us 10 t. d. . De hoc habent litteram conventus.
17. XV. kal. Anniv. d^e Margarete de Leybuetz celebretur, quia d^a abb^a S^e Clare porrigit de Hautzendorf [omni anno 2 $\frac{1}{2}$ t. d. Anniv. d^e Dyane ux^{is} magⁱ Nicolai physici de Utino ob., hic se(pulte) in capella b. K(atherine), et Urssule, ux^{is} sue].
19. XIII. kal. [D. Otto de Weizenberch ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine), a. 1334. D^a Gedrudis de Prunn ob., hic se(pulta) in capella b. K(atherine).]
20. XII. kal. [Anniv. Eberhardi Castner celebretur, qui ob. a. d. 1371, qui testatus est fr^{ib}us 100 t. d. ita, quod^e) singulis annis habent facere anniv. suum et perpetuam missam omni die in n^a ecclesia, et debet esse ultima missa super quodcumque altare ibidem. De hoc executores sui testamenti habent litteram conventus sigillo communitatis et gardiani munitam, ubi nos ligavimus cum fide n^a ista adimplere. Idem Eberhardus fuit pincerna dⁱ ducis Leupoldi, sepultus ad Auginenses.^f)]
21. XI. kal. Anniv. dⁱ Ulrici de Chlingwerch, hic se(pulti), fr^{es} tenentur celebrare, quia ab ipso recepimus 30 marcas argenti.

^a) Sequitur deletum: celebrare. ^b) Super loco raso scriptum. ^c) et Goritzensis in margine suppletum. ^d) Sequitur deletum: ornatum. ^e) Sequitur deletum: hunc. ^f) Corrig.: Augustinenses.

¹) Jul. 24, p. 182. ²) Procul dubio auctoris huius necrologii, cuius parentes et frater igitur hoc loco dicuntur. ³) Novembris potius, p. 191.

22. X. kal. Anniv. dⁱ Martini Talarii, qui fuit p. d^e Elizabet Hailpekhinne, fr^{es} tenentur celebrare propter testamentum filie iam dicte, et illo die detur pitancia de 2th δ , sicut habetur in privilegio suo et eciam IV. non. Maii.
23. IX. kal. Anniv. dⁱ Reinperti de Eberstorf solempniter celebretur, hic sepultus^{a)}, quia testatus fuit fr^{ibus} 100th δ et crucem bonam, diversis gemmis ornatam, et cuius crucifixus est totaliter aureus. [Domicellus Caspar Prueschinch ob., hic sepultus in sepulchro p^{is} sui in capella b. K(atherine). A. d. 1384 ob. Caspar domicellus, fil. dⁱ Georii de Polnhaim, s(epultus) in capella s^e Kath(erine).]
24. VIII. kal. Anniv. d^e Elizabet Phafsteterinne celebretur, quia per filiam suam misit nobis unam togam cum perlis ornatam, qui fuerunt recepti ad ornatum n^{um} bonum. Oretur et pro suis filiabus. [D^a Tuetta de Rosenhaim, hic se(pulta) ante chorum.] A. d. 1445^{b)} sabbato ante festum sⁱ Michahelis ob. nobilis d. Georius de Rappach mil., qui fuit intimus specialissimusque fautor et amicus ordinis neenon precipue conventus Wien.
25. VII. kal. D. Scheneto de Lippa ob., hic se(pultus), cuius anniv. tenentur fr^{es}. celebrare, quia ab eo habuimus 30 marcas argenti. Anniv. d^e Iaute ux^{is} dⁱ Ulrici de Pilichdorf^{c)} celebretur, hic se(pulte), [ob. 1337]. [D^a Perchta Uezmanina, m^r fr^{um}, hic se(pulta), ob. a. d. 1328.]
26. VI. kal. Anniv. Hainrici Senft celebretur, quia dedit fr^{ibus} 16th δ et post hoc sua relicta 10th δ .
27. V. kal. [D. Chunradus Mulinger, hic se(pultus), et sua ux.] A. d. 1426 ob. ven^{lis} conciv. Ulricus Herbart, qui dedit conventui in prompta pecunia 80th δ . in remedium anime sue, tali adiuncta condicione, quod conventus obligatur sibi et suis peragere anniv. circa festum sⁱ Micha(helis) in octo diebus ante vel post eum vigiliis de sero et missa cantata de mane, et fr^{es} tenentur legere 3 missas in septimana in remedium animarum suarum perpetue duraturas. Insuper tenemur accendere candelas circa ornatum feretrum tam in vigiliis quam in missa cantanda.
28. IV. kal. Officium pro benefactoribus. Anniv. d^e Chunigundis Hiernprechin, que fuit magna amica et m^r fr^{um}, celebretur. [A. d. 1367 ob. fr. Nicolaus de civitate, dudum sacerista, cui fr^{es} tenentur ad anniv., quia, quidquid habuit, sacristie dedit et sacristiam in ornatu et monstrantiis et aliis ornamentis multum decoravit.]
29. III. kal. [D^a Petrisa de Zelking, de Liechtenstain de Nicolspurga, se(pulta) ante sacristiam, obiit M.^{d)}].
30. II. kal. D^a Chunigundis ux. dⁱ Ulrici circa fr^{es} ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur propter beneficia sui mariti, videlicet dⁱ Ul(rici) predicti. [D. Hainricus Pibro ob., hic se(pultus) in capella b. K(atherine).]

a) *Corrig.*: sepulti.

b) *Correctum ex*: 1437.

c) *In margine appositum*: Pilichdorf.

d) *Caetera*

desunt.

OCTOBER.

1. kal. Anniv. d^e Elizabet Ofnerinne celebretur, quia fr^{es} omni anno habent 1 *℥* *℥*. de mag^a tercii ordinis, et dant de vinea sua in Oetachrinn, et dicitur der Gêr.
2. VI. non. [D^a Alhaidis filia dⁱ Chunradi de Pilichdorf^a), hic se(pulta).]
3. V. non. Anniv. d^e Elizabet ux^{is} Hauzzonis, hic se(pulte), celebretur propter beneficia sui mariti, quia ab ipso habemus n^{am} magnam stupam et 9 *β*. reddituum pro lampade corporis Christi. [A. d. 1369 ob. ser^{ma} d^a d^a Margareta marchionissa senior de Tirolis, hic se(pulta) in choro n^o.]
4. IV. non. Fr. Chunradus sacrista, qui procuravit tabulam chori.^b) [Anniv. d^e Ofmie Altenburgerinne.]
5. III. non. Officium pro hospitibus fr^{um} fiat infra octavam b. Francisci. Anniv. fr^{is} Hainrici Ratisponensis, quondam gardiani loci, celebretur et non inmerito, quia elemosinam Hosinne ipse nobis procuravit¹⁾ et parum postea moriebatur. Relicta dⁱ Gundoldi, qui fuit civ. Neunburgensis ex parte claustritatus fuit 1 *℥* *℥*. reddituum, quam sua relicta redemit pro 8 *℥* *℥*., que nunc habet Wehingarus. Quod factum est tempore fr^{is} Nicolai Toplarii, tunc gard(iani).
6. II. non. [Anniv. fr^{is} Ulr(ici) de Valbach, hic se(pulti).]
7. non. [Anniv. Iohannis scriptoris dⁱ Iacobi de Eslarn celebretur, quia recepimus ab eo 1 karratam de vino bono, quod computabatur pro 10 *℥* *℥*., et dilexit nos valde.]
9. VII. id. Anniv. d^e Chunigundis, que fuit ux. dⁱ Ulrici de Pilichdorf, celebretur propter ius montanum in Neunburga. Anniv. d^e Margarete Redlerinne celebretur, quia fr^{es} singulis annis habent de domo dⁱ Hainrici de Ratpach 2 *℥* *℥*. minus 40 *℥*.
10. VI. id. Nota^c): a. d. 1359 ob. nobilis d^a d^a Margareta de Zelking, relicta dⁱ Ottonis, magna m^r et amatrix fr^{um}, in festo b. Cerbonis epⁱ et confessoris²⁾, cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare cum vigiliis et missa et visitatione sepulchri. Testata fuit 60 *℥* *℥*., que post mortem debebant cedere fr^{ibus}. Sed ego fr. Hainricus, tunc^d) gardianus, in magna necessitate positus primo anno in scia d^a expendi 30 *℥* *℥*. in vindemia et secundo anno pro pane et aliis necessariis alias 30. Habuimus etiam ab ea vasa argentea plura, que vendita sunt pro 37 *℥* *℥*. Dedit eciam gard(iano) frⁱ Hainrico, suo confessori, unum calicem, qui habebat in pondere 2 marcas argenti et 3 lotones, et ornatum pro sac^o, pro n^{is} usibus et multa alia.
11. V. id. D. Chueno quondam mag. monete, cuius anniv. celebretur [propter multa beneficia, que fr^{es} ab eo perceperunt, et adhuc in quatuor festivitibus b. virginis ex ordinatione sue pitancie ministrantur]. D. Hainricus Malezechast, mag. camere dⁱ ducis Al-

^a) In margine iterum notatum: Pilichdorf.
 colore rubro scripta.

^b) Praecedens nota colore rubro scripta.

^c) Vox

^d) Super loco raso.

¹) Gertrudis Hosinna a. 1349 obiit. Cf. supra p. 167 et p. 181 ad dies Ian. 11 et Iul. 14.

²) Oct. 10.

berti^a), ob. a. d. 1353, sepultus ante altare suum in capella b. Kather(ine), cuius anniv. solempniter celebretur, a quo fr^{es} habuerunt 200 *tt. s.*, excepto calice, anpullis argenteis, monstrancia, cappa de sameto, ornatu pro sac^o et quam plurimis aliis, quod etiam valuisset denarios. Et istis datis ad unum mensem ante mortem recommendavit se mihi frⁱ Hainrico, dudum gard(iano), et sacriste frⁱ Nicolao super animas n^{as}, sicut habemus respondere deo in novissimo die. Ita, gard(iane) p., ligo conscientiam vestram, quod ista servetis de missa, de vigiliis in suo anniv^{io} et de missa perpetua, sicut habetis deo respondere in novissimo die, vel quicumque succedet vobis.

12. IV. id. Anniv. [Ulrici^b] filii Michahelis Harber, hic se(pulti)].
13. III. id. Anniv. d^o puelle Elle, que fuit domicella regine, celebretur, que dedit pro fr^{ibus} 10 marcas argenti.
14. II. id. D^a Gedrudis de Muling, hic se(pulta), cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia legavit nobis 5 marcas argenti.
15. id. D. Petrus eps. Marchopolensis, fr. n., qui ob. sub a. d. 1349, a quo fr^{es} habuerunt bonam elemosinam, videlicet 43 *tt. s.*, 12 vasa vini et unam bonam vineam in monte Chalichleiten iuxta Neunburgam, unam pulchram casulam de serico, duo paria libri missalis, item sua pontificalia, calicem^c), anulos, vasa argentea, item 16 modios siliginis, item 8 modios tritici, item 5 modios avene, que omnia ego fr. Hainricus, dudum gard(ianus) Wienn., cum magno labore et tedio obtinui ab ep^o Patav. d^o Gotfrido¹), et ideo fr^{es} tenentur ad suum anniv. et ad missam perpetuam, et committo gard(ianis) super animas eorum, quia predictus d. omnia, que habuit, dedit et commisit dispensacioni mee.
16. XVII. kal. [A. d. 1369 ob. d^a Elizabet Reysenpergerinna, hic se(pulta), cuius anniv. fr^{es} tenentur celebrare propter sua beneficia, quia receperunt 80 *tt. s.* Wienn. et 16 *tt. s.* sacristie pro lumine perpetuo ad chorum ante corpus Christi. A. d. 1374 ob. d^a Dyemudis de Lamberkh, mag^a curie illustrissime d^o ducisse Austrie, cuius anniv. fr^{es} tenentur facere cum vigiliis et missa pro defunctis semper proxima sexta feria post festum sⁱ Cholomanni martiris²), quia sincerissimo corde fr^{es} dilexit, velut multiplicibus promocionibus apud principes et maxime beneficiis personalibus frequentius ostendit, in speciali ex suo testamento, de quo fr^{es} bonas habent litteras, tenetur abb^a ad S^{am} Claram et perpetuo porrigere 2 *tt. s.*, de quibus $\frac{1}{2}$ *tt. s.* debetur sacristie pro candelis ipsius annivⁱⁱ, de residuis tenetur gardianus fr^{ibus} facere consolaciones. Item antea dederat 50 *tt. s.* pro subsidio edificii, transitus sedium superiorum, item solempnem et pulchrum ornatum pro sacristia. Plurima beneficia et sub-

^a) Super linea suppletum. ^b) Uncis inclusa haec alia manu super loco raso scripta. ^c) calicem — argentea in margine eadem manu suppleta.

¹) A. 1342—1362 episcopo Pataviensi.

²) Hoc festum est Oct. 13, quod sexta feria fuit a. 1374.

sidia, que contulit fr^{ibus} in communi et in speciali, nota sunt deo.]

18. XV. kal. A. 1361 ob. d. Reinpertus de Pilichdorf, dotator altaris iuxta concellos^{a)} ferreos in capella b. Katherine, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia dedit vineam, que vendita est pro 70 th. s. minus 1 vel 2. Item testatus est domum suam in strata Pincernarum, que vendita est pro 40 th. s. Ab ipso etiam habetur^{b)} casula de sameto blavii coloris. [Anniv. Leupoldi Hierenprech celebretur, hic se(pulti). A. d. 1373, XIX. die mensis Octobris ob. nobilis d. Wilhelmus com. de Monteforti et d. Pregancie, hic se(pultus), a quo habuimus 4 equos et arma. Tres equi venditi sunt pro 41 th. et 23 s., sed quartus equus venditus est pro 9 th. s. d^o de Pergawe.]
19. XIV. kal. Anniv. d^o Margarete Vulfenstorferinne celebretur, hic sepulte, que etiam habet perpetuam missam in altari corporis Christi, quia in necessitate dedit fr^{ibus} tres carratas de vino pro 2 th. reddituum et 34 th. s., et d. Wichardus tenebatur dare 2 th. s. omni anno, que redempte sunt pro 20 th. s. [tempore fr^{is} Hainrici Ratisponensis, tunc gard(iani) Wien.]. Anniv. generosi com^{is} dⁱ Wilhalmi de Monteforti celebretur, quia conventus recepit 70 th. s., pro quibus emptum est pratum in Achau, et successores sui statuerunt lampadem super sepulchro suo in choro coram sacramento, et debet ardere die ac nocte. Insuper predicans debet pronunciare animas videlicet ipsius et omnium progenitorum saltem in genere. Quod vero si per negligenciam secus factum aut actum fuerit, tunc heredes habent se intromittere de prato. Superfluam pecuniam dedit rev. p. fr. Petrus de Lambaço, lector Wienn., quia pratum fuit emptum pro 132 th. s.
20. XIII. kal. Anniv. Chunradi Podmer celebretur, quia dedit unam vineam, que vendita est pro 20 th. s. Anniv. Elizabet Sellatricis, hic sepulte, celebretur, quia fr^{es} habuerunt ab ea unum mantellum cum vario et unam tunicam et 7 th. s.
21. XII. kal. Anniv. d^o Petrisse senioris, ux^{is} dⁱ Ulrici de Wolfkerstorf, tenemur celebrare propter beneficia sue filie d^o Kather(ine) de Sunnberch, sicut infra habetur VI. kal. Decembris^{c)} circa natalem dⁱ nⁱ Iesu Christi. [D^ad) Elizabet Schutbuerflinna, hic se(pulta) in ambitu.]
22. XI. kal. Anniv. d^o Yliane, que fuit consors Hainrici Hansgraf, celebretur, que fuit magna amatrix et benefactrix fr^{um}, hic se(pulta), et habet perpetuam missam.
24. IX. kal. [Anniv. Perchtoldi Oeder et sue ux^{is} K(atherine) peragatur, quia fr^{es} pro hoc (habent)^{e)} 2 carratas de vino, ob. 1352.]
25. VIII. kal. Anniv. dⁱ Chunradi dicti Chergl et ux^{is} sue d^o Agnetis de Haewnesdorf celebretur, quia in magna necessitate succurrerunt fr^{ibus}, quando fuit caristia vini, cum 6 vasis vini et 4 modis tritici, que tunc extendebant se ad 30 th. s. De hoc habent litteram conventus.

^{a)} Sic saepius cod. ^{b)} Sequitur etiam postea adiectum. ^{c)} Per in nota correct: Ianuarii.
^{d)} Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta. ^{e)} habent supplevi.

27. VI. kal. [Anniv. d^e Margar(ete) et sui mariti Wichardi publici notarii celebretur, quia fr^{es} habuerunt ab eis unam vineam, quam dederunt pro opere, et unum peplum, pro quo habuimus 8 *th. s.*, pro vinea 14 *th. s.*^{a)}] Anniv. Chonradi de Zwetla et Christine ux^{is} sue et Chunigundis m^{ris} sue et Anne ux^{is} sue semper peragatur cum vigiliis in die apostolorum Symonis et Iude et in crastino cum missa defunctorum valde solempniter propter sua multa beneficia. De hoc habent literam conventus.
28. V. kal. A. d. 1313 ob. d^a Elizabet, ser^{ma} quondam Romanorum regina¹⁾, sepulta in Chunigsveld apud sor^{es} S^e Clare, que fecit solempne testamentum. In suo anniv^{io} abb^a S^e Clare porrigit fr^{ibus} 2 *th. s.*, in anniv^{io} dⁱ Alberti Romanorum regis²⁾, mariti sui, 2 *th. s.* fr^{ibus} pro pitancia, in natali domini 3 *th. s.*, et vocantur denarii offertorii, in anniv^{io} dⁱ Rudolphi filii sui, Bohemie regis³⁾, 1 *th. s.*, et isti denarii dantur de hiis locis: de una domo Huenpaiminne in der Revellukhen 3 *th. s.*, item 2 *th. s.* de una domo in Antiquo foro Equorum, an dem Alten Rossmarcht, dudum Engelsehalchinne^{b)} sun, item de domo in Novo foro dudum Maurpergerinne 2 *th. s.*, item unter den Laeuben de cellario Gwantcheller dudum Petri Engelschaleh 2 *th. s.* [D. Albero de Alramstorf ob., hic se(pultus) ante sacristiam.]
29. IV. kal. A. d. 1357 ob. d^a Margareta Seifridinna, cuius anniv. tenentur celebrare, quia testata est fr^{ibus} 4 *th. s.* reddituum, quas fr. suus Lucas hansgravius, tunc mag. civium, porrigere habet, 2 de anniv^{io} suo, item 2 de anniv^{io} Ulrici Puechser quondam sui mariti.⁴⁾ [Nihil datur.]
31. II. kal. Anniv. dⁱ Ulrici senioris prope fr^{es} celebretur et solempniter, quia testatus est pro fr^{ibus} 8 *th.*, duas pro suo anniv^{io} pro pitancia, item 2 *th. s.* pro pitancia in assumptione virginis gloriose, item in nativitate dⁱ 3 *th. s.* pro vestitu fr^{um} et 1 *th.* sacristie in festo b. Georii pro lampade, et tenemur ad perpetuam missam ad capellam b. Iohannis, ubi est sepultus, et sui nepotes porrigunt, specialiter d. Iohannes. [Predictus d. deberet porrigere fr^{ibus} singulis annis conventui 6 *th. s.*, sacristie unam.]

NOVEMBER.

2. IV. non. [D^{ae}] Katherina Christianinna ob., hic se(pulta) in ambitu, que fuit matertera procuratricis n^e, a qua habuimus 20 *th. s.* pro vindemia, et fr^{es} ligaverunt se ad anniv. cum littera conventus.] Anniv. Eklini^{d)} pabulatoris et Gisle ux^{is}, sue semper peragatur feria secunda post festum omnium s^{orum}.
3. III. non. [D. Waltherus de Laubek et d. Fridericus, mil^{es} Swevi, hic se(pulti).]

^{a)} pro vinea 14 *th. s.* colore rubro scripta.^{b)} Hoc nomen ex parte super loco raso scriptum.^{c)} Uncis inclusa a Nicolao Toplarii scripta.^{d)} Sequitur p^{er} extinctum.¹⁾ Ux. Alberti I. Romanorum regis.²⁾ Albertus I. Romanorum rex, occisus kalendis Maii

a. 1308.

³⁾ Rudolfus I. Bohemiae rex ob. V. non. Iulii a. 1307.⁴⁾ Cf. supra p. 186, Sept. 7.

4. II. non. [Fr^{es} tenentur facere anniv. d^o Katherine Senftinne propter sua beneficia, que fecit fr^{ib^{us}} una cum marito Hainrico Senft. Pro hoc absque marito dedit 10 *th. s.* et ipse 16 *th. s.*]
5. non. [D^a Chunigundis ux. dⁱ Iacobi de Eslarn ob. a. 1360, hic se(pulta). Tenemur facere anniv., quia recepimus 3 vasa vini.]
6. VIII. id. [D^a Clara Slintenbeininna ob., hic se(pulta). Anniv. Lienhardi Pollonis celebretur, quia recepimus 22 *th. s.*, et ideo tenemur sibi. Anniv. K(atherine) ux^{is} Pilezlini Piscatoris fr^{is}, ex cuius testamento habet conventus 1 *th. s.* et ex parte operis de domo sita super cimiterio n^o, quam edificavit mag. operis de novo, et habet gardianus dare pietanciam de piscibus de $\frac{1}{2}$ *th.*]
9. V. id. [D. Otto de Zelking de Schonnek, se(pultus) ante sacristiam.]
10. IV. id. [Anniv. Stephani Strocler celebretur, quia per annum et ultra fr^{es} ab ipso receperunt omni septimana 7 *β. s.*]
11. III. id. Anniv. Matze de Castro et m^{ris} sue d^o Christine celebretur, quia testata fuit pro fr^{ib^{us}} unam domum in cimiterio n^o, et de hoc habent litteram conventus.
- [Nota, quod in festo b. Martini Georius Mansperger et Thomas Zystler habent porrigere omni anno unusquisque ex eis 6 *β. s.* de vinea sua in dem Metzleinsperg pro anima et anniv^{io} Elizabet pedisseque d^o Gedrudis de Chranperch, sed redempti sunt pro 6 *th.* tempore fr^{is} Leupoldi de Praysteten, tunc gardianus^a) loci.]
14. XVIII. kal. A. d. 1351 ob. d^a Iohanna ducissa¹⁾, consors ill^{mi} dⁱ Alberti ducis Austrie, cuius anniv. celebretur, quia recepimus ab ea in testamento 10 *th. s.*
15. XVII. kal. Anniv. dⁱ Conradi capⁱ ad S^{am} Margaretam, dicti Fuerter, hic se(pulti), celebretur, quia dedit duos libros pro libraria n^a, [se(pultus) in capella b. K(atherine)].
16. XVI. kal. [In eodem festo²⁾ heredes d^o Gedrudis de Chranperch habent porrigere 1 *th. s.* pro anniv^{io} in epiphania dⁱ annotato.³⁾ D^a Chunigundis, relicta dⁱ Ottonis de Pilichdorf, m^r fr^{um}, hic se(pulta), ob. a. 1340.]
18. XIV. kal. Anniv. Christine de Castro fr^{es} tenentur celebrare, quia testata fuit unam vineam pro domo animarum^{b)}, de qua omni anno predicte sor^{es} porrigere tenebantur fr^{ib^{us}} 1 *th. s.*, quam libram infra 16 annos numquam recepimus, et quia sepe dicte sor^{es} colere non poterant, mag. operis, qui tunc erat, se de vinea intromisit, sed non minus ligamur anime ad anniv. peragendum.
21. XI. kal. Anniv. dⁱ Chunradi de Ekkartzawe, hic se(pulti), tenentur fr^{es} celebrare, quia testatus fuit pro fr^{ib^{us}} 10 *th. s.* tempore fr^{is} Hainrici, dudum gard(iani), et sacristie 3 *th. s.*
22. X. kal. Wernhardus dictus Steger, hic se(pultus), ob., cuius anniv. celebretur, quia ab ipso fr^{es} perceperunt 16 *tal. s.*

^{a)} Corrig.: gardiani.^{b)} Corrig.: darum.¹⁾ Iohanna filia Utrici comitis de Pfirt ob. XVII. kal. Decembris a. 1351.²⁾ Otmari abbatis.³⁾ Rudolphi de Chranichperch Ian. 6, p. 167; cf. p. 175, April. 5.

23. IX. kal. D^a Elizabet Dapifera ob., hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia dedit pro nobis unam bonam vineam sitam in Neunburga, que vendita fuit pro 28 $\text{th. } \delta$. [D. Chunradus Ungnad, se(pultus) in capella b. K(atherine).]
24. VIII. kal. Anniv. fr^{is} Martini, min^{ri} Austrie, p^{is} revⁱ, dudum lectoris Wienne, celebretur, quia procuravit magnam crucem in choro, videlicet arborem Boneventure, que constat 140 $\text{th. } \delta$, exceptis aliis beneficiis, que fr^{es} per ipsum perceperunt, [sicut in anniv^{io} d^e Witiginne IX. kal. Augusti invenitur]. D. Iohannes de Ratpach ob., hic se(pultus), qui testatus est pro fr^{ibus} [2 th. reddituum in locis infra scriptis videlicet. D. Hermannus de Sunnberch, se(pultus) in ambitu ante capellam corporis Christi]. Anniv. dⁱ Ulrici Zinkonis et progenitorum suorum semper peragatur cum vigiliis in die s^e Katherine et in crastino cum missa defunctorum. De hoc habet litteram conventus.
27. V. kal. Anniv. Gedrudis de Wolfkerstorf celebretur, hic se(pulte), a qua fr^{es} habuerunt^a) unam domum, que vendita est pro 18 $\text{th. } \delta$. Hic peragatur anniv. Stephani de Harena, dictus^b) Surich, et Margarete et Anne, ux^{um} suarum, quia de hoc habent litteram cum sigillo conventus, et conventus recepit super hoc 12 $\text{th. } \delta$, et hoc fit semper tertia feria post Katherine.
29. III. kal. [Fr. Valentinus predicator et confessarius civitatis, qui fecit fieri picturam in ambitu, se(pultus) sub libraria.]

DECEMBER.

1. kal. Anniv. Chunradi Cherglini et sue ux^{is} d^e Ofmie^c) celebretur, quia testatus est una cum ux^e domum suam pro fr^{ibus} et suam vineam^d), [destructa est, se(pultus) in capella b. K(atherine), ubi intratur.] Officium pro p^{ibus} et m^{ribus} omnium fr^{um} fiat ultima feriali die in ebdomada ante adventum dⁱ.
2. IV. non. [D^a Perchta Chetnerinna ob., hic se(pulta), a. d. 1322 et Chunradus Chetner maritus eius, in eodem sepulchro sepultus, et tenemur ad anniv., quia omni anno recipimus 1 $\text{th. } \delta$, et porrigitur de domo Ulrici Sartoris de Welsa iuxta domum Wekherlini bis in anno semper $\frac{1}{2}$ $\text{th. } \delta$, et pitancia detur in festo b. Barbare virginis.^e) Aliquid etiam porrigitur a suis heredibus.]
3. III. non. [Domicellus Georius, fil. Thetschani, ob., hic se(pultus) in sepulchro de Rappach, cuius^f) anniv. facimus in vigilia b. Georii martiris, eodem die pⁱ suo et m^{ri}.]
5. non. Anniv. Dietrici Schilicher de Neunburga et ux^{is} eius d^e Chunigundis, quia dederunt fr^{ibus} 10 $\text{th. } \delta$.
6. VIII. id. Anniv. d^e Margarete procuratricis n^e celebretur, quia dedit fr^{ibus} 20 $\text{th. } \delta$. Anniv. d^e Chunigundis de curia camere celebretur, et d. de Ratpach illo die habet dare pitanciam de 14 β . et 20 δ .
7. VII. id. D^a Chunigundis Volchmarinna de Gretz, hic se(pulta), cuius anniv. celebretur. [A. d. 1353 ob. nobilis d^a Agnes de Lieckenstain, magna amica fr^{um}, se(pulta) ante sacristiam.]

a) *Sequentia super loco raso scripta.*b) *Corrig.: dicti.*c) *d^e Ofmie super linea suppletum.*d) *suam vineam deletum.*e) *Vox colore rubro scripta.*f) *cuius — m^{ri} colore rubro scripta.*

8. VI. id. Mag. Chunnr(adus) Carpentarius, hic se(pultus), [cuius anniv. celebretur propter servitia filiorum, videlicet gardiani Wienn. et Goriczensis]. Anniv. Martini Phefferbein celebretur, hic se(pulti), quia dedit fr^{ibus} 10 t d . Ob. a. d. 1360, et heredes habent litteram conventus, et peragatur feria V. post festum b. Nicolai.
9. V. id. Anniv. dⁱ Dycetegen de Chastln, ob. a. d. 1318, hic se(pultus), cuius anniv. celebretur, quia fr^{es} ab eo 40 t d . receperunt. A. d. 1444 et feria secunda post concepcionem virginis gloriose ob. d. Stephanus Wirsing et dictus d. testatus est conventui 32 t , quas conventus recepit in prompta pecunia, tali adiuncta condicione, quod fr^{es} tenentur sibi peragere anniv. perpetuum in die obitus sui infra octo dies ante vel post concepcionem gloriose virginis de sero cum vigilis et de mane cum officio defunctorum cum 12 accensis circa ornatum feretrum candelis, et anniv. seuper debet pronuciari dominica ante in ambone, sicut moris est. Quod si per negligenciam aut fraudulenciam secus actum fuerit, tunc conventus tenetur dare ad hospitale civium 1 t d . et adhuc supplere negligenciam.
10. IV. id. [D. Albertus¹⁾ eps. Ratisponensis ob., hic sepultus in choro fr^{uum} sub cruce.] Anniv. dⁱ Stephani Wiersing mil^{is} celebretur, quia conventui testatus est 32 t .
12. II. id. A. d. 1356 ob. com. Ulricus de Sternberch, cuius anniv. tenentur fr^{es} celebrare, quia dedit fr^{ibus} 40 t d ., et in exequiis suis habuimus duos equos, magnum et minorem, pro quibus habuimus 50 t d . [Anniv. sor^{is} Clare Reichinne, abb^e S^e Clare, celebretur, quamdiu vivit et eciam dum moritur, quia fr^{es} omni anno recipiunt ab ea 1 t d ., quam perpetuabit, et quamecumque missam petit, illam habemus cantare.]
13. id. Anniv. Chunradi scriptoris Pollonis celebretur, quia dedit fr^{ibus} simul 50 t d . Anniv. d^e Elizabet Paumgartnerine celebretur, que ob. sub a. incarnationis 1367, sepulta in capella b. K(athe-rine). [D^a Perchta de Chranperch, hic se(pulta). Dⁱ Hainrici de Rappach, hic sepultus^{a)}, obitus suus a. d. 1385 in die Lucie virginis.²⁾]
- Nota, quod omni anno feria quarta quatuor temporum peragitur anniv. d^{arum} Margarete et Agnetis, ux^{um} Symonis Wyzent de Neunwurga.
14. XIX. kal. Anniv. d^e Anne³⁾, filie regis Friderici⁴⁾, abb^a b) S^e Clare^{c)}, cuius anniv. celebretur, quia fr^{es} ab ea perceperunt in magna necessitate 50 t d , et illo die detur fr^{ibus} pitancia. De hoc d^e ad S^{am} Claram habent litteram conventus, et peragatur anniv. mariti sui dⁱ Iohannis com^{is} de Goricio. [D. Coln(an)us, fundator capelle sⁱ Nicolai ante sacristiam, ob. 1301. Ob. Albertus, tunc gard(ianus) Wienn.]
15. XVIII. kal. [Anniv. sor^{is} Chunigundis de Rappach, dudum abb^e S^e Clare, celebretur, quia fr^{es} omni anno recipiunt ab ea, quamdiu vivit, 9 β . d . pro missis ad placitum suum cantandis et 3 β . d . pro 30

a) *Corrig.*: sepulti. b) *Corrig.*: abb^e. c) *Sequitur deletum*: ob.

1) *De Pietengan* 1247—1260.

2) *Dec.* 13.

3) *Ob.* a. 1343.

4) *III. regis Romanorum.*

missis legendis et post suam mortem porrigit idem claustrum et hoc perpetue.]

16. XVII. kal. Anniv. d^e Gerwirgis diete Hauslinna, maxima amatric^a) fr^{um}, ob. a. d. 1333, hic se(pulta), cuius anniv. celebretur, quia edificavit nobis dormitorium superius et multa alia beneficia fecit, sepulta ante capellam corporis Christi.
17. XVI. kal. Anniv. dⁱ Ottonis de Zelking celebretur, hic se(pulti), propter beneficia sue relicte¹⁾, sicut habetur supra V. kal. Augusti.²⁾ [Anniv. dⁱ Ulr(ici) de Gruenberch, se(pulti) in capella b. K(athe- rine). D. Dietricus pincerna de Dobra, sepultus ante sacristiam.]
19. XIV. kal. Anniv. dⁱ Dietrici Flusthardi^{b)} peragatur singulis annis per duos dies consequenter, sicut in registro conventus invenitur in fine huius libri^{c)}, et hoc cum vigiliis et missa.
20. XIII. kal. Anniv. dⁱ Piber sive Castoris [de Wald] et sue ux^{is} d^e Gisle celebretur, hic se(pultorum), quia dederunt fr^{ibus} 20 $\text{th } \text{sh.}^d)$ Anniv. dⁱ Friderici Hauzzonis et sue ux^{is} celebretur, quia habuimus ab eo unum equum, qui venditus fuit pro 40 $\text{th } \text{sh.}$, de quibus edificavimus magnam stuppam in longa domo. Ab eodem habemus 9 $\beta. \text{sh.}$ reddituum pro lampade corporis Christi.
21. XII. kal. Anniv. Ulrici Praeunreich, hic se(pulti) in cimiterio iuxta chorum, celebretur, quia relicta sua dat fr^{ibus} omni anno 1 $\text{th } \text{sh.}$, fr^{ibus} pro pitancia ter in anno semper 80 sh.
25. VIII. kal. A. d. 1327 in die natalis dⁱ sub missa in galli cantu ob. d. Dietricus de Pilichdorf^{e)}, marschaleus terre Austrie et amicus fr^{um} maximus, hic se(pultus) in capella b. Katherine virginis et martiris, cuius capelle ipse fundator extitit. Dedit eciam fr^{ibus} 200 $\text{th } \text{sh.}$, et ideo ipsius anniv. solempniter celebretur. Habet enim ibidem 2 missas perpetuas. Sic se fr^{es} ligaverunt. Ista die sor^{es} S^e Clare habent porrigere 3 $\text{th } \text{sh.}$ ex parte d^e Elizabet Romanorum regine, sicut in privilegio continetur, [et V. kal. Octobris^{f)} in festo Symonis et Iude].
27. VI. kal. A. d. 1347 ob. d^a Katherina de Sunnberch, relicta dⁱ Chraftonis de Sunnberch, maxima m^r et benefactrix fr^{um} Minorum in generali et in speciali, cuius anniv. tenentur celebrare solempniter valde, quia uno anno dedit pro ecclesia n^a 72 tal. ante suam mortem ad 10 annos vel plus, ut eius anniv., quamdiu viveret et etiam dum moritur, singulis annis celebretur, et habet perpetuam missam.
- Nota etiam, quod sepe dicta d^a Katherina de Sunneberch^{g)} sequenti estate dedit 30 th pro opere ecclesie n^e, pro conventu 30 et pro fr^{ibus} in speciali 10, et post mortem petivit suffragia ordinis sicut frⁱ, exceptis beneficiis innumeris, ut premisi. [Dedit etiam sacristie ornatum integrum de sameto viridi^{h)} coloris, ornatum cum perlis super solem, et crucem argenteam deauratam.]
28. V. kal. Anniv. d^e Anne ux^{is} dⁱ Reinperti de Pilichdorf celebretur, quia dedit fr^{ibus} 30 marcas argenti. D. Otto de Puerstendorf, fr. dⁱ

^{a)} Corrig.: Hauslinne, maxime amatricis. ^{b)} Nomen in margine iteratum. ^{c)} in fine huius libri colore rubro suppleta. ^{d)} In margine alia manu notatum: vigilia. ^{e)} de Pilichdorf in margine suppletum. ^{f)} Corrig.: Novembris. ^{g)} Sunnebech cod. ^{h)} Corrig.: viridis.

¹⁾ Elizabet. ²⁾ Septembris potius, supra p. 185.

Wichardi et d^l Ulr(ici) circa fr^{ea}, ob., hic sepultus, cuius anniv. celebretur. Testatus fuit 4 4 ϕ . reddituum, sed per multos annos nichil datum est. [Solum habemus $\frac{1}{2}$ 4 ϕ . ut in registro continetur.] Anniv. d^e Margar(ete), que fuit m^r d^{orum} de Pilichdorf, celebretur propter ius montanum in Neunburga.

29. IV. kal. D. Hermannus de Chranperch ob.

30. III. kal. D. Bernhardus Haeuzzo ob., cuius anniv. celebretur propter sua beneficia.

NOTAE DE SEPULCRIS PATRUM MINORUM AD S. CRUCEM VINDOBONAE.

Sepultura principum in choro fratrum Minorum.^{a)}

Ante altare in choro immediate sepulta est ser^{ma} d^a d^a Elizabet, consors dⁱ Friderici Romanorum regis, filia regis Arrogonie ¹⁾, que ob. sub a. 1330 in festo b. Mar-
gar(ete).^{b)} ²⁾

Infra gradum intra cancellos ferreos sepulta est^{c)} d^a Blanka ducissa Austrie, consors dⁱ Ruedolfi ducis^{b)}, filia dⁱ Philippi regis Francie, que ob. sub a. 1305.³⁾

[Sepulchrum d^e Agnetis com^e de Heunburch, que ob. 1295.]^{b)}

In eodem sepulchro d^a Margareta⁴⁾ marchionissa de Tyrolis in Athaso, que ob. ¹⁾
sub a. 1369.

Sub cruce d. Albertus eps. Ratisponensis, qui ob. sub a. 1200^{d)} ⁵⁾, IV. id. Decembris.^{b)}

[(A)nte altare trium regum^{e)}] est sepultura com^{is} Chunradi de Schawnberch de Oert, qui ob. sub a. 1353.

Sepultura aliorum nobilium ante sacristiam.^{a)}

Inmediate ante ianuam sacristie hui sunt sepulti sub primo lapide, ubi littera A.^{f)}

D^a Petrissa de Liechtenstain de Nicolspurga 1318, II. kal. Aprilis.

D^a Petrissa de Pergawe de Liechtenstain 1292.

D^a Agnes de Liechtenstain, [ob. 1353, ibidem^{e)}] cum filia d^a Anna de Chranich-
perch, que ob. sub a. 13[57, II. id. Februarii^{e)}]. ²⁰

Sub secundo lapide marmoreo, ubi littera B, sepulti sunt hii^{a)}:

D^a Petrissa de Wolfgerstorf senior 1305, XII. kal. Novembris.

D^a Petrissa iunior de Wolfgerstorf 1298, IV. id. Aprilis.

D. Iohannes de Wolfgerstorf 1301.

D^a Katherina Tuersinna, consors dⁱ Reinperti de Marchperga. ²⁵

D^a Katherina de Sunnberch, relicta dⁱ Chrafftonis de Sunnberch, ob. 1347.

D^a Iohanna relicta dⁱ Reinperti Tuersonis de Sunnberch ob. 1360, VI. id. Maii.

[D^a Margareta de Zelking ob. 1359, VII. id. Octobris.]^{g)}

Sub tercio lapide marmoreo, ubi littera C, sepultus est^{a)}

d. Reinpertus de Eberstorf, ob. 1288. ³⁰

^{a)} Illic titulus colore rubro scriptus. ^{b)} Sequitur locus rarus. ^{c)} sep. est supra lineam suppletum.

^{d)} Sequitur spatium vacuum. ^{e)} Uncis inclusa super loco raso scripta. ^{f)} Littera colore rubro scripta.

^{g)} Sequitur nota erasa.

¹⁾ Iacobi II. ²⁾ Iul. 12; cf. supra p. 181. ³⁾ Cf. supra p. 173, Mart. 19. ⁴⁾ Maullasch
cognominata. ⁵⁾ Cf. supra p. 194, n. 1. ³⁵

Sub quarto lapide marmoreo sunt hii sepulti, ubi littera D^a):

D^a Margareta m^r dⁱ Chraftonis de Sunberch, ob. 1300.

D^a Brigida m^r dⁱ Reinperti de Liechtenvels.

In quinto sepulchro sub lapide^{b)} marmoreo sepultus est fr. Hainricus de Prey-
sing, confessor ducum Austrie, solempnis homo, ubi littera E^c), et sic est exspedita
prima linea.

Secunda linea lapidum^{b)}):

immediate iuxta murum sacristie est^{d)} sepultura dⁱ Chunradi Praitenveldarii mil^{is},
qui ob. 1319. a., ubi littera F^c), et sua ux. cum filia, que fuit ux. Haymonis civ.
10 Wienn., que ob. 1313, et alia filia Gedrudis, que ob. 1340, ubi m^r.

In secundo sepulchro d. Sifridus pincerna de Dobra, qui ob. 1313, ubi littera G^c)

In eodem sepulchro d^a Anna pincerna de Dobra, matertera sua, quondam mag^a
curie d^e Iohanne ducisse, 1357, VI. id. Augusti.

Tercium sepulchrum nescimus cum lapide marmoreo, ubi littera H^c)

15 In quarto sepulchro d^a Agnes de Valchenberch, ubi littera I^c), 1300.

In tercio ordine lapidum versus ianuam ambitus iuxta murum sacristie:
d. Ulricus de Rjczendorf mil., ob. 1307, ubi littera K^c)

In secundo sepulchro in eadem linea sub lapide marmoreo d. Otto de Zelking de
Schoeck, ob. 1300, ubi littera L^c)

20 ^e) In tercio sepulchro sub lapide albo d. Ruegerus de Hippelstorf, ob. 1313, sepultus
sub littera M^c)

In eodem sepulchro d^a Gerwiris Prutzendorferinna, ob. 1300.

In quarto sepulchro sub lapide marmoreo cum picario sculpto d. Albero de Al-
ramstorf, ob. 1313. In eodem sepulchro ux. sua, ob. 1318.

25 Ibidem due filie eorum Kather(ina) et Katherina. Hii omnes sepulti sunt, ubi
littera N^c)

In quinto, ubi non lapis, immediate iuxta concellos capelle sⁱ Nicolai d. Colinus civ.
[Hic^{e)} nota, quod ossa dⁱ Chunr(adi) mil^{is} dicti Chergl et suæ ux^{is} d^e Agnetis, ob. VIII. kal. Octobris⁵⁾,¹⁵ et ossa sor^{is} Margarete Fuezzinne de S^o Tiboldo translata sunt ad pedes fr^{um} sepulcorum in medio sarco-phago versus altare Malczchastonis, que ob. 1300, II. non. Iulii, et tenemur utrisque. Videatur registrum, quare.]

20

a) cui — gard(iani) colore rubro scripta. b) Littera colore rubro scripta. c) Vox super loco raso scripta. d) Littera colore caeruleo distincta. e) Haec nota ex parte super loco raso scripta est et in margine colore rubro appositum: nota.


¹⁾ Appositum in margine dextera insigne gentilitium = Fig. 81. ²⁾ Hoc nomen deest supra p. 200. ³⁾ Augusti supra p. 182 et 200. ⁴⁾ Cf. supra p. 200, n. 4. ⁵⁾ Novembris supra p. 190.

25



Sepulchrum dⁱ Ulrici filii Pibronis, ob. VI. id. Iunii, ubi littera M.^a)

In eodem sepulchro d. Hainricus Pibro de Wald et ux. sua d^a Gisla, ob. XIII. kal. Decembris.



Ibidem d. Siboto de Mitterndorf, ob. 1329, IX. kal. 5 Februarii.




Sepulchrum d^e Elizabeth Schaeurbechinne, ob. 1372, ubi littera L.^b)



In eodem sepulchro d. Chunradus Hager¹⁾, ob. 1306, VIII. kal.²⁾ Septembris.

10



Ibidem Werntzlinus Minnstrol, VIII. id. Ianuarii ob.

^{a)} Littera colore rubro distincta.

^{b)} Littera colore caeruleo distincta.

¹⁾ Maritus Adelheidis, Bertholdi Ennenkelii filiae.

²⁾ Ita et supra p. 200; VI. kal. supra p. 185.



Ibidem d. Hainr(icus) Moser, ob. in festo sⁱ Viti martiris, a quo habuimus unum equum.^{a)}

Sepulchrum dⁱ Chunradi Fuerter, cap^l ad S^{am} Margaretam, ubi^{b)} littera S.



Ibidem Albertus notarius dⁱ de Hals, dictus Iud, ob. 1330, II. id. Februarii.

Sepulchrum^{c)}

Sepulchrum Chunradi Chergl, ob. kal. Decembris 1360, et ux^{is} sue d^e Offmie, a quibus habuimus unam domum, que vendita est pro 50 t. ϕ , ubi littera Q.^{d)}


Ulriens Pentzo sepultus est, ubi littera P.^{e)}, ob. 1339, IX. kal. Marci¹⁾ et est in introitu capelle b. K(atherine) a sinistro, a quo habuimus 10 marcas argenti, cum quibus denariis nova ecclesia est incepta, et fuit camerarius dⁱ ducis Alberti²⁾, p^{is} n^l.

Sepultura d^{orum} de Rappach, ubi littera T^{f)}:



sub testudine ex opposito orologii sepultus est d. Hainricus senior de Rappach, ob. 1358^{g)}³⁾, XIX. kal. Februarii.

In eodem sepulchro d^a Agnes ux. sua, ob. VII. kal. Februarii.



Ibidem Georius fil. Tetschonis dⁱ Ortolphi, ob. III.⁴⁾ non. Decembris.

^{a)} equum cod. ^{b)} ubi littera S colore rubro scripta. ^{c)} Sequentia desunt. ^{d)} Littera colore rubro scripta. ^{e)} Littera colore caeruleo distincta. ^{f)} Titulus colore rubro scriptus. ^{g)} Numerus ex parte super loco raso scriptus.

¹⁾ X. kal. April. supra p. 173. ²⁾ Alberti II. Austriae ducis, Claudi cognominati. ³⁾ Supra p. 168: 1385. Sed hoc loco dictus est Henricus, qui obiit a. 1339, IX. kal. Mart., supra p. 201 falso 25 IX. kal. Febr. ⁴⁾ Ita supra p. 193; IV. non. p. 201.

In eodem sepulchro d^a Katherina de Roetenmann, ux. dⁱ Hainrici iunioris, ob. 1358, XIX. kal. Ianuarii.

[^a) In eodem sepulchro d. Hainricus de Rappach, qui fuit maritus d^e Katherine de Roetenmann, qui ob. sub a. ab incarnatione dⁱ 1386.¹)

Sepulturam^b) dⁱ Iohannis de Rappach et dⁱ Ottonis filii dⁱ Chuenonis, quondam magⁱ monete, et d^e Margarete Redlerinne et d^e Chunigundis de curia camere invenies in fine libri.]

D^a Tueta de Losenhaim, ob. XIII. kal.²) Octobris, ob. 1296, ubi littera U.^e)

^d) Sepulchrum dⁱ Hainr(ici) de Greifenstain, ob. III. non.³) Octobris, ubi littera X.^e), et d^e Margarete de Greifenstain, ob. III. kal.⁴) Marti.⁵)



Sepulchrum dⁱ Hainrici de Laewbenberch, ob. 1301, IV. id. Maii, ubi littera Y.^e)



Sepultura dⁱ Friderici de Magenpuech, ob. 1307, V. id. Septembris, ubi littera Z.^e)

Ibidem d^a Gedrudis ux. sua, ob. X. kal. Augusti.

A. d. 1338 ob. rev. p. fr. Martinus de Chremsa, min^r Austrie, hic sepultus etc.

A. d. 1355 ob. rev. p. fr. Sifridus de Velenpach, min^r Austrie, sepultus in capella sⁱ Anthoni.

A. d. 1330, 28. mensis Augusti ob. rev^mus p. et d. Teodericus Kanner, ad aliquot annos eps. Nove Civitatis^a) et per provinciam Austrie atque Moravie provincialis min^r, et in hoc officio rexit 25 annos.

Ibidem fr. Hainricus de Ratispona, quondam gard(ianus) loci, ob. 1349 in festo b. Francisci. In eodem sepulchro fr. Iacobus de Lintza, lector et confessor dⁱ ducis Alberti⁶), p¹⁰ n¹.

A. d. 1507 ob. rev. p. fr. Wolfgangus Puechler, sacre theologie lector famosus et provincie Austrie min^r bene meritus, hic in capella s^e Katherine sepultus prope mag^{um} Petrum Comam, 23. Ianuarii ob.

A. d. 1401⁸) 14. die Marci ob. rev. p. fr. Simon de Vienna, olim provincie Austrie min^r, qui multa bona fecit pro conventu in oblacionibus ornamentorum et maxima monstrancia, infirmariam eciam pro infirmis disposuit ac alia plura bona fecit, sepultus in capella s^e Katherine.

A. d. 1431 ob. rev. p. fr. Iacobus de Clusis, min^r Austrie, sepultus in capella s^e Katherine ante altare b. Barbare. Vivat igitur deo.^h)

Et ante istum fuit quidam rev. p., videlicet fr. Iohannes de Merano min^r, qui plura bona in provincia fecit, utpote in monstranciis et ornamentis nobilissimis, sicuti clara luce et modo cernitur in Merano, Botzano et hicⁱ) Wienne, sed quia a quibusdam vexatus, ut fit, ordinem dimisit et ad Cartusienses se recepit in Seicz.

^a) Praecedat insigne gentilitium = Fig. 96. ^b) Haec nota colore rubro scripta. ^c) Littera colore caeruleo distincta. ^d) Insigne gentilitium huic notae praefixum resectum est. ^e) Littera colore rubro scripta. ^f) Cod. ^g) Super linea scriptum: 1398. ^h) Sequitur signum crucis. ⁱ) hic super loco raso scriptum.

¹) 1385 supra p. 168 Jan. 14, cf. p. 201. ²) VIII. kal. p. 187, cf. p. 201, ubi a. 1286. ³) IV. non. p. 201. ⁴) III. non. p. 201. ⁵) 1516—1530. ⁶) Cf. p. 201.

Sepultura min^{orum} Austriae^{a)}:

sepulchrum p^{ri}o rev^{er}endi fr^{at}ris Hainrici min^{ori}, qui rexit provinciam 20 annis, ob. 1310 nonis Novembris, et est medium sepulchrum.

Fr. Albertus^{b)} min^{or} ob. IV. kal. Maii^{c)} 1322, sepultus sub lapide iuxta murum sive ianuam. 5

Rev. p. fr. Syboto, lector notabilis et min^{or} 14 annis, ob. 1335, sepultus sub primo lapide sub orologio^{d)} IX. kal. Maii.

Fr. Chunradus de Chotwico min^{or} ob. XIII. kal. Ianuarii¹⁾ 1331, ubi ymago b. Katherine in tabula lignea.

Item p. n. fr. Ulmannus sepultus est in sepulchro fr^{at}ris Hainrici min^{ori}, ob. 10 IV. kal. Maii²⁾ 1348.

A. d. 1338 ob. rev. p. fr. Martinus, lector solempnissimus et min^{or}, ob. VIII. kal. Novembris³⁾ 1338, sepultus ubi fr. Chunradus min^{or} in introitu chori de ambitu.

Ob. fr^{at}ris Sifridi de Velnpach, rev^{er}endi min^{ori}, ob. II. kal. Novembris 1355, 15 sepultus est ubi fr. Hainricus de Velsperch^{e)}, min^{or} rev.

A. d. 1358, II.⁴⁾ id. Ianuarii ob. p. rev. fr. Iohannes de Lintza, min^{or} Austriae.

A. d. 1380 ob. rev. p. fr. Chunradus de Wienna, quondam min^{or} provincie Austriae et confessor curie d^{omi}nⁱ ducis et sue consortis, d^{omi}nⁱ ducisse, sepultus in capella b. Antonii extra chorum in annunciacione virginis gloriose. 20

A. d. 1380 ob. rev. p. fr. Purchardus, quondam min^{or} Austriae, sepultus cum aliis min^{or}ibus sub orologio^{d)} ante^{f)} chorum sepultis ante chorum.^{g)}

A. d. 1431 ob. rev. p. fr. Iacobus de Clusis, min^{or} Austriae, sepultus in capella s^{an}c^te Katherine in sinistra parte, ubi tabula in picta tumulum demonstrat.

A. d. 1457 ob. rev. p. fr. Iohannes de Tuelln, quondam min^{or} Austriae, sepultus ante 25 altare s^{an}c^te Katherine in capella sub proprio lapide marmoreo XV. kal. Novembris.

A. d. 1500 in die translacionis s^{an}c^te Clare ob. rev. ac egregius p. fr. Petrus Coma, primus arcium ac sacre theo(logi)e doctor, huius provincie ac min^{or} n. meritissimus, qui summopere conventum n^{ost}rum dilexit, hic sepultus in capella s^{an}c^te Katherine. Vivat igitur deo!

Isti sunt sepulti in ecclesia de dominio de Zelking^{a)}:

^{b)} d. Otto de Zelking, ob. 1318, XVII.⁵⁾ kal. Decembris. 30



In eodem sepulchro d^{omi}nⁱ Elizabeth ux. sua, ob. V. kal. Augusti, filia d^{omi}nⁱ de Capella.

Ibidem d. Hainr(icus) de Zelking, ob. XIV. kal.⁶⁾ Augusti.

Ibidem fr. suus d. Stephanus pleb. de Ruspach, ob. XIV.⁷⁾ kal. Marci. 35

^{a)} Titulus colore rubro distinctus.
IV. kal. Maii super loco raso scripta.
^{f)} ante — chorum colore rubro scripta.
fixum resectum est.

^{b)} Manus saec. 15. super linea suppl.: de Haimburga.

^{c)} ob.

^{d)} i. e. orologio.

^{e)} Velspach cod. sine signo abbreviationis.

^{g)} Sic iterum cod.

^{h)} Insigne gentilitium huic notae prae-

¹⁾ Februar. p. 163.

²⁾ Iunii p. 178.

³⁾ Decembr. p. 193.

⁴⁾ III. id. p. 167.

⁵⁾ XVI. kal. 40

p. 201; XVI. kal. Ian. p. 195.

⁶⁾ Ita p. 201, XIII. kal. Sept. p. 184.

⁷⁾ Ita p. 201, XV. kal. April. p. 172.



In eodem d^a Wentla com^a de Sternberch, ob. 1345, IV. non. Septembris.



Ibidem d^a Elizabet Dapifera, ob. 1345, IX. kal. Novembris.¹⁾


A. d. 1534 in vigilia Martini ob. rev. p. fr. Osbaldu Machlaydt, mag. provincialis Austrie, Welsii 5 sepultus.



Item ante altare s^e crucis ad cornu sinistrum sepultus est puerulus dⁱ Alberti de Eberstorff 1466.



Item in sepulchro elevato ante altare sⁱ Wolffgangi, quod adhuc vivens construi fecit rev. p. fr. Wolfgangus^{a)} eps. Yppo- 10 nensis, maximus benefactor conventus nⁱ, ob. 1475, X. kal. Augusti et erat fr. ordinis ac pleb. ecclesie parochialis in Haymburg.



Nobilis et strenuus eques auratus Bigileus de Batzeinstorff in Leuprechtling ob. a. d. 1484 in profesto sⁱ Georgii martyris, sepultus ante altare s^e trinitatis in ecclesia. 15

^{a)} Cod. Corrig.: Wolfgangus.

¹⁾ Ita supra p. 201, Decembris necrol. p. 193.


106



Ibidem d. Dietmarus de Losenstain, fil. d^l Gundakhri, ob. XVI. kal. Iulii.¹⁾

In capella corporis Christi et s^l Ludvici epⁱ et confessoris^{a)}:

107



d. Wernherus²⁾ Hauzzo, castellanus de Medlico, ob. III. kal. Ianuarii a. d. 1309.

Ibidem ux. sua d^a Elisabet.^{b)}

5

D. Bernherus³⁾ Hauzzo, fil. eius^{c)}, V. id. Marci 1322.

Ibidem d. Fridericus Hauzzo mil.^{d)} ob. IX. kal. Marci 1340.

Sepultura nobilium et ignobilium ante capellam corporis Christi
in ambitu, ubi littera^{a)} A^{c)}:

108



sepulchrum d^e Gerwiris Haeuslinne, m^ris d^l Dietrici Uerbetsch, ob. 1333, XVII. kal. Decembris⁴⁾, cui^{f)} tenemur, quia edificavit nobis dormitorium superius et fuit n^a m^r fr^{um}.

10

Ibidem Chunr(adius) Uerbetsch VIII. id. Maii.

In eodem sepulchro d^a Kather(ina) Uerbetschinna, ob. VIII. kal. Novembris.⁵⁾

15

109



Sepulchrum d^e Margar(ete), sor^{is} d^l Friderici de Tiernavia, ob. 1348⁵⁾, ubi littera B.^{g)}

^{a)} Titulus colore rubro scriptus. ^{b)} Nota super loco raso scripta. ^{c)} filius eius super linea 20 suppletum. ^{d)} miles super linea suppletum. ^{e)} Littera colore caeruleo distincta. ^{f)} cui — Maii colore rubro scripta. ^{g)} Littera colore rubro distincta.

¹⁾ Ita p. 201, Augusti p. 181.

²⁾ Bernhardus p. 196, Wernhardi p. 197.

³⁾ Wernherus p. 172.

⁴⁾ Ita p. 201, Ianuar. p. 195.

⁵⁾ Cf. p. 201.

Ibidem d^a Meechthildis Wiczinna, ob. idibus Aprilis. In eodem d^a Macza Wiczinna, ob. XIV. kal. Aprilis.

Sepulchrum, ubi littera C^a):



Sepultus est fr. Herbordus, fil. dⁱ Herbordi super Statuam,

5

et ux. filii Herbordi, d^a Hedwigis, que fuit filia Mawrerinne de Nova Civitate, ob. III. non. Iulii 1353.

Ibidem d^a Gisla ux. Leupoldi super Statuam, ob. VI. id. Februarii.



Sepultura Nicolai Greci de Als¹⁾, ubi littera D^a), ob. 1307, V. id. Iunii.

10

Ibidem fil. suus d. Hainr(icus), ob. II. id. Aprilis.

Ibidem d. Siglat Grecus, [ob. IV. kal. Aprilis].

Sepulchrum d^e Elizabet Phaffsteterinne et filiarum suarum, que ob. in pestilencia VIII. kal. Septembris, ubi littera E.^{b)}

In eodem sepulchro d^a Anna Haintzmaninna de Schebnitz, ob. 1358^{c)} 15 VIII. kal. Marci.

Ibidem d^a Margar(etha) Lofflerinna ux^{is d)} Iacobi Loeffler, ob. 1360, III. id. Maii.



Sepultura d^e Gedrudis Penkinne, ubi littera F^a), que fuit consors dⁱ Meinhardi Pankonis, ob. 1291, VII. 20 id. Maii.^{e)}

Ibidem d^a Agnes Penkinna, ob. 1300, VII.²⁾ kal. Augusti, [a qua habuimus unam bonam vineam].

^{a)} Littera colore caeruleo distincta. super loco raso scriptus.

^{b)} Littera colore rubro distincta.

^{c)} Numerus ex parte

^{d)} Cod.


^{e)} Sequitur locus rasmus.

25

¹⁾ Haec gens nomen de Hernalis Vindobonae habuit. Ad hanc pag. vide praesertim p. 201. 202.

²⁾ XVII. p. 202, VI. kal. Sept. p. 135.

Sepulchrum d^{arum} de Bulvenstorf, ubi littera G^a):
 puella Katherina, filia dⁱ Hainrici de Curia piscium, ob. 1307, VI. id. Augusti.
 Ibidem m^r sua d^a Kather(ina), ob. 1310, IV. kal. Decembris.
 Ibidem d^a Margareta Bulfenstorferinna, ob. XIV. kal. Octobris.
 D^a Perchta Listinna, ob. II.¹⁾ non. Maii. D^a Elizabet Listinna. 5
 D^a Gisla Zendlinna XIII. kal. Iulii ob.



Sepulchrum Sifridi Huernpekh, ubi littera H.^{b)}

Ibidem d^a Kather(ina), sor. sue ux^{1a}.
 Sepulchrum Iohannis notarii d^e K.²⁾ marchionisse, ubi littera I^a), ob. in
 vigilia b. Kather(ine). 10
 Sepulchrum d^e Elizabet Reysenpergerinne, ob. XVII.³⁾ kal. Octobris 1369,
 tenemur multum^{e)}, ubi littera K.^{b)} Ibidem filii sui iuvenes, fr^{es} ordinis et
 seculares.
 In eodem fr. suus Perchtoldus Welser, ob. IV.⁴⁾ non. Septembris.



Ibidem Wernherus officialis, civ. Ratisponensis, 15
 ob. 1309, II. non. Augusti.

A. d. 1440 secundo Septembris ob. nobilis et devotus mil.^{d)} Iohannes Wuerfl, hic
 sepultus.



Sepulchrum d^e Elizabeth Schutbuerflinne, ob.
 XII. kal. Octobris. 20

Ibidem Alhaidis Schutbuerflinna, ob. IX. kal. Augusti, ubi littera L.^{a)}
 De ista devota genelogia^{e)} venerat area pro fr^{ibus}, in qua sistat^{e)} tota monasteria^{e)} cum
 aliquibus domibus et ceteris attinenciis et ortibus^{e)} toti conventui circumgyrentibus.^{e)}

^{a)} Littera colore rubro distincta.
 colore rubro scriptum.

^{d)} milles cod.

^{b)} Littera colore caeruleo distincta.
^{e)} Cod.


^{c)} tenemur multum

¹⁾ Ita p. 202, III. non. p. 177.
 p. 189.

⁴⁾ Cf. necrol. p. 185 kal. Sept. et p. 202.

²⁾ Katherine p. 202.

³⁾ XVIII. p. 202, XVII. kal. Novembr.



Sepulchrum Ulrici Chritzendorfer et ux^{is} sue d^o Chunigundis, ubi littera M.^{b)}

Sepulchrum Ottonis Chochel et ux^{um} suarum Margarete et Clare, ubi littera N^o), a quibus fr^{es} habeñt omni anno 2 ^{fl.} ^{fl.} Videatur registrum.^{d)}¹⁾


Sepulchrum d^o Perchte Neizzerinne, m^{ris} Sighartinne, ob., ubi littera O. ^s



Sepulchrum d^o Margarete m^{ris} Pilgrimi Institoris, ob. XIV. kal. Februarii 1295, ubi littera P.^{c)}



Sepulchrum.^{f)}



Sepulchrum dⁱ Wernheri Mezenpekeh, magⁱ curie dⁱ ducis, ob. kal. Iunii, ubi littera R.^{e)}

10

a) Nota ad hoc insigne gentilitium spectans deest. b) Littera colore caeruleo distincta. c) Littera colore rubro scripta. d) a quibus — registrum colore rubro scripta. e) Manu saec. 15. appositum: Aeuwer. f) Sequitur locus rarus.

¹⁾ I. e. codex, necrologium ab Heinrico guardiano scriptum continetur. Ad hanc pag. vide p. 202.

120



Sepulchrum Martini Phefferwein, camerarii ducis Alberti¹⁾, ob. [a. d. 1360, et anniv. peragatur feria quinta post festum b. Nicolai proxima]²⁾, ubi littera S.^{a)}

Sepulchrum Leupoldi Coci et ux^{is} sue d^e Christine et filiarum suarum Haymlinne et Kather(ine), ubi littera T.^{b)}

121



Sepulchrum dⁱ Ulrici de Styra³⁾ et sue ux^{is}, ubi littera U.^{a)}


Ibidem fil. Mangs, qui ob. 1337.

Sepulchrum d^e Elizabet ux^{is} Richeri, ob., ubi littera X.^{b)}

Ibidem p. Richeri, ob.


Sepulchrum Iacobi sartoris d^e Iohanne ducisse, ob. 1356, IV. id. Iunii.

122



Sepulchrum.^{c)}

123



Sepulchrum d^e Perchte Floytinne, ob. VIII. kal. Maii, ubi littera A.^{a)}

Sepulchrum sor^{is} Benedicte, procuratricis fr^{um}, ob., ubi littera B.^{b)} Fr^{es} 15 habent omni anno de S^a Clara 2 th. s^d)

Sepulchrum d^e Elizabet Chesslerinne, ob. III. kal. Ianuarii⁴⁾, ubi littera Y.^{b)}

^{a)} Littera colore caeruleo distincta.

^{b)} Littera colore rubro scripta.

^{c)} Sequentia desunt.

^{d)} Fratres — 2 th. s^d colore rubro scripta.

¹⁾ II. Austriae ducis.

²⁾ Cf. p. 194 Dec. 8 et p. 202.

³⁾ Ob. a. 1300, cf. p. 202.

⁴⁾ Februarii 20

p. 168, cf. p. 202.

Ibidem sor. Agnes de Puerstendorf ob. Ab illa fr^{es} omni anno 1 *th. d.* de S. Clara.^{a)}

Sepulchrum d^e Perchte Witiginne, ob. VIII. kal. Iulii¹⁾ 1338, ubi littera Y.^{b)} Tenemur multum.^{c)}

Ibidem d^a Brigida Himpergerinna, neptis sua, ob.

Sepulchrum d^e Gedrudis Hosinne, ob. II. id. Iulii 1349, ubi littera Y.^{b)} Ab illa habuimus unam bonam vineam et 60 *th. d.*)



124

Sepultura Chunradi Chetner et ux^{is} sue d^e Perchte, ob. 1322, II. non.²⁾ Decembris^{e)}, ubi littera F.^{b)}

Sepulchrum Michahelis Harber, ob. III. kal. Iulii³⁾, ubi littera G.^{f)} 10

Ibidem d^a Perchta ux. sua, ob. in festo b. Agathe.⁴⁾ Tenemur eis.^{g)}

Ibidem fr. Marchardus lector, ob. In eodem fr. suus fr. Chunradus, ob. Ulricus et Matza et alii pueri.

In angulo iuxta scampnum d^a Trauta et fil. suus Chunr(adius) Snabl, ob. VI. kal. Novembris 1307, ubi littera H.^{b)} 15

Et est finis lateris et sepulchrorum prime linee ambitus ante capellam b. Katherine.^{h)}

Incipit alia linea sepulchrorum, videlicet secunda versus ambitum interiorem iuxta scampnum, ubi littera^{b)} I^{f)}:



125

Sepulchrum Perchtoldi Oeder, III. non. Augusti⁵⁾ 20 ob., et sue ux^{is} d^e Katherine, ob., que fuit neptis d^e Witiginne, a quibus habuimus 2 karratas vini.¹⁾

Nota: quod plures sunt lapides in ambitu, in quibus littere non sunt sculpte, et a quibus nihil exspectatur nec pro sepultura, quia nullus scit, quales fuerint, nec beneficia eorum inveni in n^{is} libris mortuorum. Si autem fuerunt beneficia, querantur in registro alio, ibi invenitur, quantum et quid.^{h)} 25

Volo etiam scire fr^{es}, quod omnes lapides non habentes litteras alphabeti vel alia signa, videlicet rosas vel stellas, vel non sunt scripti in hoc libro vel nominati, quod sub eisdem lapidibus possunt quemcumque volunt sepelire.^{h)} 30

^{a)} Ab illa — Clara *minio scripta.* ^{b)} Littera *colore rubro scripta.* ^{c)} Ten. multum *minio scripta.*
^{d)} Ab illa — 60 *th. d.* *minio scripta.* ^{e)} *Sequitur locus rarus.* ^{f)} Littera *colore caeruleo scripta.* In margine *colore rubro notatum:* lapis marmoreus est fractus, ubi fuit littera sculpta. ^{g)} Ten. eis *colore rubro scripta.* ^{h)} Haec nota *colore rubro scripta.* ⁱ⁾ que — vini *minio scripta.*

¹⁾ Sic supra p. 202, IX. kal. Aug. p. 182. ²⁾ Ita p. 203; IV. non. p. 193. ³⁾ II. kal. Aug. p. 182. 35
⁴⁾ Cf. p. 169, Febr. 5, p. 203. ⁵⁾ Anniv. eius IX. kal. Nov. celebrabatur, cf. p. 190.

Sepulchrum fr^{is} Iacobi Parisiensis, confessoris dⁱ ducis Alberti¹⁾, nⁱ amatoris, et p^{is} et m^{ris} et fr^{um} suorum. Merito debent suffragia pro ipso fieri et suis, quia n^{am} portam pulchram edificavit et multa volumina pro liberaria^{a)} dedit, exceptis ornatibus in sacristia, ob., ubi littera K.^{b)}

Item sub parvo lapide marmoreo fr. Fridericus de Neunburga, qui meruit recommendari, ob., ubi littera.^{c)}

Ibidem d^a Margar(etha) Paeurinn, procuratrix fr^{um}, ob. Ibidem d^a Engla, sor. Hosinne, ob.

Sepulchrum m^{ris} fr^{is} Lamberti custodis Wienn., d^o Herlinnis.

Sepulchrum d^o Agnetis Straeicherinne, ubi littera L.^{d)}

10

Ibidem fr. suus fr. Nicolaus Yliane, ob.^{e)}

Sepulchrum fr^{is} Valentini^{f)}, confessoris civitatis, ob., ubi littera M^{b)}, et m^r sua ibidem.

In eodem sepulchro fr. Purchardus de Nova Civitate, ob., qui dedit conventui 10 t. s. pro suo anniv^{io} peragendo, fuit . . .^{g)} in Neunburga ex parte claustrⁱ.^{b)}

Iuxta inmediate est sepulchrum Katherine apud d^{um} Hainr(icum) de concellaria et sue m^{ris} d^o Elizabet et avic sue, puelle Affre, semper peragatur feria secunda proxima post dominicam Iudica. Nihil datur¹⁾, N.^{d)}

126



Sepulchrum^{k)} de Egendorfer, ubi littera O.^{b)}

Sepulchrum fr^{is} Hainrici et fr^{is} Christani l^{orum}, ob. VII. id. Iunii, ubi littera P.¹⁾

127



Sepulchrum dⁱ Ulrici Fuez²⁾, ob., ubi littera Q.^{b)}
Ibidem Margareta ux. sua, ob.

Sepulchrum dⁱ Alberti plebⁱ de Asparn, ubi littera R.^{b)}

Ibidem d. Symon sae., cap. apud S^{um} Michaelem, ob. IX. kal. Iulii, a quo habuimus unam vineam in monte Pusenperg sitam, que vendita est pro 28 t. s.

Sepulchrum d^o Yrmle Weipotinne, ob. V. id. Ianuarii, et Weipotonis, ubi littera S.^{d)}

Beneficia illarum inveniuntur in registro p^{is} gardiani.

Ibidem sor. Eysal, sor. Margar(etha) de Alpetawe.

30

e) Cod. b) Littera colore rubro scripta. c) Littera deest. d) Littera colore caeruleo scripta.

e) Sequuntur duae notae radendo fere deletae. f) Nomen ex parte radendo deletum. g) Haec vox certe legi nequit. h) fuit — claustrⁱ minio scripta. 1) Nihil datur colore rubro scriptum. k) Sequitur spatium nomini supplendo reservatum. 1) Littera radendo fere deleta.

1) Alberti II. Austriae ducis.

2) In necrologio et in notis de sepulchris deest.

35

Sor. Yermla, licet non sit ibi sepulta, tamen ornetur sepulchrum.

Sepulchrum d^e Katherine Venatricis, ubi littera T.^a)

Sepulchrum fr^{is} Thome de Valchenstain, ubi littera U.^b)

Ibidem matertera sua, d^a Elizabeth Sellatrix.

Sepulchrum Iohannis famuli dⁱ Wichardi circa fr^{es}, ubi littera X.^a) Testatus est unam bonam vineam apud S^{um} Vitum sitam.

Ibidem Petrus scriptor dⁱ Wichardi circa fr^{es} cum suo fr^e d^o Martino, cap^o in Littore in capella virginis gloriose.

In eodem sepulchro Hainricus famulus dⁱ Iohannis circa fr^{es}.

In angulo Ella de Zelking, sor. tercii ordinis, cum m^{re} sua, [ob. XVIII. 10 kal. Ianuarii a. d. 1373].

^c) Sepulchrum iuxta angulum, ubi non est lapis, sepultus est d. Chunr(adius) de Waidhofen¹), p. dⁱ Dietrici Fluschardi²), ob. XV. kal. Iunii, [peragatur propter beneficia filii sui].^d)



128

Ob. egregius Tomas Pircaimer in templo sepultus 1504.

15

D^a Katherine, m^r fr^{is} Nicolai Toplarii, quondam gard(iani) loci.

Ibidem Rugerus p. fr^{is} Chunr(adi) Echeronis.



129

[Sepulchrum Alberti mercatoris³), fr. fr^{is} Symonis min^{ri} Austrie, ob. in festo apostolorum Philippi et Iacobi, quod tunc erat in die dedicacionis ecclesie n^o 20 1390, ad cuius anniv. perpetuum peragendum se fr^{es} obligaverunt propter multa beneficia conventui et provincie exhibita].



130

Sepulchrum Ulr(ici) de Staed, ob. XVII. kal. Iunii 1360.^e)

25

Ibidem sepultus est Chunradus Peizzer.⁴)

Et finis lateris ambitus versus ambitum interiorem.^f)

^a) Littera colore caeruleo scripta. ^b) Littera colore rubro scripta. ^c) Praecedit locus rasmus unius notae. ^d) Sequitur locus rasmus unius notae. ^e) Sequitur radendo deletum: ubi littera. ^f) Nota colore rubro scripta.

30

¹) Magister civium Vindobonae. ²) Gens Flusshartorum, quae ex Vindobona in Austriam Superiorem transmigravit, saec. 17. evanuit. ³) In necrologio et in notis de sepulchris deest. ⁴) Ob. a. 1371, cf. p. 186.

Incipit tertium latus sepulchrorum versus portam^{a)}:

131




Sepulchrum dⁱ Dietmari mil^{is} de S^o Loco, ob. XIII. kal. Februarii^{b)}, Y.^{c)}

[Fridericus Popo procurator d^{arum} S^o Clare et ux^{is} sue Margarete.]
Sepulchrum Hainrici Alberti, ob. VI. non. Maii, ubi littera Z.^{d)} Recipimus 8 th. δ ^{e)}

Sub lapide cum pisce sepultus est Stephanus procurator fr^{um} cum ux^o et filio, fr^o Mathia et filia, ob. III. non. Iulii.

Iuxta piscem Waltherus Gladiator¹⁾, ob. VI. non. Iulii. Christina ux. sua, ob. VII. kal. Iulii. Sacristia habet ab eodem singulis annis 6 β . δ ^{f)}

132



A. 1356 des edelen und hochgebornen fuersten und hertzen Alberti¹⁾, herzogh zu Oesterreich, aussen von heylighen landt walfart kommen, starb ihr lieber kammerknecht, erbar Ottel von Velterrendorff, 18 jahr trewer knecht, leicht hinder stein begraben, seiner seel gott gnadt.

Sepulchrum Ottonis Textoris, ux^{is} sue et puerorum suorum, ob. XI. kal. Iulii⁴⁾, [peragatur].

15

133



^{a)} Nota colore rubro scripta. ^{b)} Manu alia add.: fr^{is}. ^{c)} Littera colore rubro scripta.
^{d)} Littera colore caeruleo distincta. ^{e)} Rec. 8 th. δ . colore rubro scripta. ^{f)} Sacristia — 6 δ . minio scripta. ^{g)} Nota ad hoc insigne gentilitium deest.

¹⁾ In necrologio et in notis de sepulchris deest. ²⁾ Hoc insigne Lind in editione sua omisit.
³⁾ Alberti II. Austriae ducis. ⁴⁾ Augusti p. 182.

20

Sepulchrum Sifridi pistoris¹⁾, ux^{1a} et puerorum, ob. IV. non. Aprilis, ubi littera A^a), cui multum tenemur.^{b)}


Ulricus pistor ante Portam Scotorum, ob., et Margar(ethe).²⁾



Sepulchrum d^{ic}), ob. IV. kal. Novembris s 1287, inmediate iuxta litteram B.



Sepulchrum dⁱ Friderici Chneuzzer, ob. in festo^o omnium s^{orum} kal. Novembris, ubi littera B.^{d)}




Sepulchrum dⁱ Ruedolfi de Randedek, ubi littera C.^a)

10



et dⁱ Marchardi de Monte Forti, ob. 1277.




D. Marchardus de Monte Forti, ubi littera D^{d)},

^{a)} Nota colore rubro scripta. ^{b)} cui multum tenemur colore rubro scriptum. ^{c)} Sequitur spatium nomini supplendo reservatum. ^{d)} Littera colore caeruleo distincta.

¹⁾ Seidlinus pistor p. 175, Apr. 2.

²⁾ Cf. p. 175, Apr. 20.



et d. Wilhelmus^{a)} Bransperch.¹⁾



D. Ulricus [Czirnasto]^{b)}¹⁾, ob. IV. kal. Marti, ubi littera E.^{c)}



Hainricus Hollo de Augusta, ob. XI. kal. Maii²⁾, ubi littera F.^{d)}



D. Ulricus W(il)dmann^{e)}³⁾, mil. 1305, ob. VI. id. Ianuarii.



Sepultura Metensium Nicolai et Theobaldi, G.^{e)}

^{a)} Nomen super loco raso scriptum. ^{b)} Nomen alia manu super loco raso scriptum. ^{c)} Littera colore rubro scripta. ^{d)} Littera colore caeruleo distincta. ^{e)} Nomen ex parte deletum. 10


¹⁾ In necrologio et in notis de sepulchris deest. ²⁾ XII. kal. Iun. p. 178. ³⁾ Cf. p. 167, Ian. 6.

144



Liebhardus¹⁾ civ. Salczpurgensis, kal. Novembris,
ubi littera^{a)} H.^{b)}

145



D. Starchandus de Stadlawe²⁾ mil., ob. idus Maii
1310, ubi littera I.^{c)}

Ibidem ux. sua et filii et filie.

5

146



D. Chunradus mil. de Hierzzenhof¹⁾, ob. 1281, ubi
littera K.^{b)}

[Ibidem Hainricus dictus Heiligman.¹⁾]

147



D. Hainr(icus) de Holebrunn¹⁾, ob., ubi littera L.^{c)},

148



et d. Albero de Ebental¹⁾, ob., XI. kal. Aprilis 1266. 10

^{a)} ubi littera colore rubro scripta.

^{b)} Littera colore caeruleo distincta.

^{c)} Littera colore

rubro scripta.


¹⁾ In necrologio et in notis de sepulchris deest.

²⁾ Stalawe p. 178.



149

D. Ulricus dictus Speichwort¹⁾, ob. V. kal. Marci, ubi littera M.^{a)}




150

Ibidem Liebhardus de Ratispona¹⁾, ob. XVI. kal. Maii.

Hic est finis sepulchrorum tercie lineae ambitus iuxta portam.^{b)}

5



151

Incipit quarta linea sepulchrorum versus ecclesiam^{b)}:

D. Fridericus de Heppenheft¹⁾, ob. 1277, ubi littera N.^{c)}

D. Fridericus de Chemburch¹⁾, ubi littera^{d)} O^{a)},



152

et d. Chueno, mil^{es}, ob. 1276.

10



153

D. Hugo min^{is} de Raduno¹⁾, ob. 1270, ubi littera^{d)} P.^{c)}

^{a)} Littera colore caeruleo distincta.

^{b)} Nota colore rubro scripta.


^{c)} Littera colore rubro scripta.

^{d)} ubi littera colore rubro scripta.

¹⁾ In necrologio et in notis de sepulchris deest.

Sepulchrum d^o Katherine, matertere Elizabet, procuratricis n^o, [ubi stella]^{a)}, a qua habuimus 20 th. s.^{b)}

A. d. 1380 ob. Elizabet procuratrix n^a quondam IV.¹⁾ kal. Aprilis, ubi stella, ibidem sepulta, a qua habuimus 100 th. s. et ad plus.^{c)}



D. Ruepertus mil. de Puerstendorf²⁾, ob. X. kal. Novembris, ob. 1282, ubi littera Q.^{d)}




D. Hainricus dictus Stegraif²⁾, ob. 1303, III. id. Decembris, ibidem.



D. Wolfhardus mil. de Ynpruk²⁾, ob. 1278, ubi littera R.^{e)}

10

A.^{f)} d. 1516 in die sⁱ Sebastiani ob. nobilis vir Wolfgangus Inprukher de Pergarten, sepultus in ecclesia.



D. Albertus de Heben²⁾, ob. 1277, ubi littera^{g)} S.^{e)}

Ibidem rasor [ducis^{h)}] Georius.

^{a)} ubi stella *super loco raso scripta.* ^{b)} a qua — 20 th. s. *minio scripta.* ^{c)} a qua — plus 15 *minio scripta. In margine asteriscus colore rubro depictus.* ^{d)} Littera colore caeruleo distincta.

^{e)} Littera colore rubro scripta. ^{f)} Haec nota ex parte *super loco raso scripta.* ^{g)} ubi littera colore rubro scripta. ^{h)} Vox *super loco raso scripta.*

¹⁾ V. kal. p. 174.

²⁾ Deest in necrologio.



Iacobus de Praunek¹⁾, camerarius ducisse, ubi littera T.^{a)}

Ibidem Chunradus dictus Vaschaneh, rasor dⁱ ducis Alberti^{b)}, ob. VIII. kal. Aprilis²⁾, sepultus ubi^{c)} T.^{d)}. Ab eodem habemus 2^o redituum super balneo suo iuxta domum dⁱ de Schawnberkh, nunc vero dⁱ ducis Leupoldi. 5




D. Ulricus pincerna de Haeuspach, ubi littera U.^{a)}



Ibidem d^a Mechthildis¹⁾, ux. Cherwechonis de Etzkestorf, ob. XII. kal. Marci, X.^{a)}



D. Wulfingus de Hazlawe¹⁾, ob. . . .^{e)}, et fil. eius, ubi littera Y.^{a)} 10



D. Otho de Traun¹⁾, Friderici³⁾ Rom(anorum) regis camerarius, ob. 1329, XI. kal. Aprilis, ubi littera Z.

^{a)} Littera colore caeruleo distincta. ^{b)} Ibidem — Alberti super loco raso scripta. ^{c)} sep. ubi colore rubro scriptum. ^{d)} Littera colore rubro scripta. ^{e)} Spatium diei supplendo reservatum.

¹⁾ Deest in necrologio et in notis de sepulcris.

²⁾ Maii p. 176.

³⁾ Friderici III.



163

Sepulchrum Chunradi Lonholtz¹⁾, ob. IV. id. Iunii, ubi littera A^{a)}, et p. eius.



164

A. d. 1521 ob. nobilis et honesta virgo Magdalena de Rorbach, sepulta in ecclesia. ¶



165

Ibidem sepultus est sororius^{b)} dⁱ Petri epⁱ Patav. 5




166

Nobilis puella Iuedith, dⁱ Bernardi Behem a Fridesheim in Lengenfeld et Margarethe a Blumneckh filiola, ob. in aula regia Viennae apud materteram suam Reginam baronissam ab Herberstain, natam a Blumneckh, VIII. id. Martii a. d. 1539 et in hoc templo sepulta est.



167

10



168

D. Iohannes de Winterberch¹⁾, ob. IV. non. Augusti 1280, ubi littera B.^{c)}

Ibidem d^a Mechthildis de Winterberch¹⁾, ob. V. id. Februarii.

15

^{a)} Littera colore caeruleo distincta.

^{b)} sororius cod.

^{c)} Littera colore rubro scripta.

¹⁾ Deest in necrologio et in notis de sepulcris.

169



A. d. 1517 ob. nobilis d^a Kunigundis Villabachin, dⁱ Friderici
laeger ux.

Ibidem Hainr(icus) Wildperger¹⁾, ob. IV. non. Iunii.

170



Sepultura dⁱ Sifridi^{a)} ²⁾, qui fuit scriba dⁱ Otakhri
regis Bohemie^{a)} per Austriam, ob. XV. kal. Augusti, s
ubi littera C.^{b)}

A. d. 1524 ob. nobilis Caspar Khrawat, nobiscum sepultus.

171



A. 1496 ob. nobilis Wolfgangus Tuerner, sepultus infra lapides
C et D.

Puella Chunigundis de Sunnberch, ob. 1366, XIX. kal. Augusti³⁾, [a qua 10
sacristia habet 2 1/2 s. reddituum], D.^{c)}

172



A. 1470 ob. nobilis Iacobus Vischel, sepultus sub lapide D.^{d)}

^{a)} Nomen ex parte super loco raso scriptum.
colore rubro scripta.

^{d)} Sequitur locus rarus.

^{b)} Littera colore caeruleo distincta.

^{c)} Littera

¹⁾ Cf. supra p. 179.

²⁾ Deest in necrologio et in notis de sepulcris.

³⁾ Septembris p. 183-15

173

Sepulchrum^{a)} dⁱ^{a)}, ubi littera E.^{b)}

1)



174

175


S.^{c)}
ubi
littera
F.^{b)}

176



5

177

A. 1510 ob. nobilis d^a Magdalena de Trautmanstorf, sepulta
in ecclesia prope aquam benedictam.

178



A. d. 1485 ob. nobilis d. Iohannes Kamerer, ubi littera F.

Sepulchrum d^o Aguetis Spitzerinne, m^{ris} revⁱ p^{is} fr^{is} Conradi, quondam
min^{ri} provincie Austrie et confessoris curie, ob. VI. kal. Marci²⁾, ubi littera G.^{b)} 10^{a)} Radendo deletum.^{b)} Littera colore caeruleo distincta.^{c)} Sequitur locus rasmus.¹⁾ Appositum insigne gentilitium = Fig. 173. Haec quatuor insignia absque notis necrologicis.
²⁾ Aprilis p. 174.

Ibidem mag. Chunradus Carpentarius, p. fr^{is} Hainrici dudum gardiani Wienn., ob. VII. id.¹⁾ Decembris.

In eodem d^a Perchta, m^r sua, ob. VII. id. Septembris.

Ibidem Katherina Senftinna, sor. fr^{is} Hainrici, ob. VI. non.²⁾ Iulii, et fr. Nicolaus sacrista, ob. IV. kal. Septembris³⁾ 1367.

Sepulchrum fr^{is} Iohannis sacriste⁴⁾, ob. X. kal. Marci 1342, ubi littera H.^{a)}

Ibidem puella Muetla, ancilla dilecta d^o ducisse Austrie.

Ibidem Offmia⁴⁾ pedissequa d^o Margar(ete) de Zelking cum filia, ob. II. kal. Septembris.^{b)}

Inmediate iuxta pilare sepultus est:

Iohannes scriptor dⁱ Iacobi de Eslarn, ob. nonis Septembris⁵⁾, ubi littera K.^{a)}

Ibidem fr. Otto de Starchenberch⁴⁾, ob. V. kal. Marci [1378].


179



A. d. 1493 ob. d. Nicolaus Prothkowicz, sepultus in medio ecclesie.

15

180



Ibidem conthernalis^{c)} eiusdem d^a Cristina Stockcharnerin.

181



Sepulchrum dⁱ Wolfhardi Pheffendorfer⁴⁾ de Iudenburga, ob., ubi littera L.^{d)}

^{a)} Littera colore rubro distincta. ^{b)} Sequitur locus rarus unius notae. ^{c)} Sic super loco raso ex parte scriptum. ^{d)} Littera colore caeruleo distincta.

20

¹⁾ VI. id. p. 194. ²⁾ II. non. p. 180. ³⁾ Octobris p. 187. ⁴⁾ Deest in necrologio et in notis de sepulcris. ⁵⁾ Octobris supra p. 188.

182



A. d. 1521 ob. generosus d. Erasmus de Stuebenberg, sepultus in n^a ecclesia circa altare s^e crucis.

183



A. d. 1524 ob. nobilis vir Engelhardus de Czewicz.

184



A. d. 1527 ob. strenuus mil. d. Philipus de Wixenstain, sepultus in ecclesia. 5

185



A. d. 1513 undecima Aprilis ob. generosus d. d. Ioannes de Rappach, singularissimus fautor fr^{um}, qui ex testamento vitrum in ecclesia dedit.^{a)}

^{a)} Nota ex parte super loco raso scripta.

Ob. etiam generosus d. d. Christoferus de Rappach, germanus prefati dⁱ Ioannis, qui 100 ordinavit florenos pro vitro.

Ob. etiam et duo filii prefati dⁱ Ioannis de Rappach, videlicet Leopoldus et Christoferus, omnes sepulti cum suis maioribus in capella sⁱ Christoferi.



A. d. 1518 ob. generosa d^a d^a Magdalena, coniunx generosi sⁱ dⁱ Ioannis de Rappach, nata de Tueffenbach.



A. d. 1514 ob. generosa d^a d^a Elizabet de Rappach, coniunx generosi dⁱ Bernardini de Mainberg, sepulta circa altare corporis Christi.



A. d. 1525 ultima die Marcii ob. generosus d. Georgius de Rottal, sepultus in n^a ecclesia ante altare corporis Christi.



Ibidemque sepulta est generosa d^a Margaretha de Rappach, ux. prefati dⁱ de Rottal.

Sepulchrum strenui dⁱ Iodoci Hauser mil^{is}a), qui ob. a. 1478, sepultus in sepulchro elevato in medio ecclesie.

a) Vox super loco raso scripta.



Ibidem etiam sepultus est strenuus mil. d. Leopoldus Hauser, qui ob. a. d. 1497.

190

Sepulehrum d^e Margarete Seifridinne, ob. IV. kal. Octobris¹⁾ 1357, ubi littera M.^{a)}

Ibidem fil. suus Chunradus, commoratus in Grinczing.^{b)}

5



Ibidem maritus suus Ulricus Puchser, ob. VII. id. Septembris.

191



Sepulehrum Iacobi Chrannesti²⁾ et ux^{is} sue d^e Margarete, ob. X. kal. Augusti, ubi littera N.^{c)}

192



Sepultura dⁱ Ottonis³⁾, filii dⁱ Chunonis, quondam magⁱ monete, ob. nonas Aprilis, ubi littera O.^{a)}

193

Ibidem d^a Margar(eta)^{d)} Redlerinna, ob. IV. id.⁴⁾ Octobris.

D^a Chunigundis de curia camere, ob. VIII. id. Decembris.

^{a)} Littera colore rubro distincta.

^{b)} Nota colore rubro scripta.

^{c)} Littera colore caeruleo

distincta. ^{d)} Nomen super loco raso scriptum.

15

¹⁾ Novembris p. 191.

²⁾ Deest in necrologio et in notis de sepulcris.

³⁾ Cf. p. 225.

⁴⁾ VII. id. p. 188.

194

D.^a) Iohannes de Rappach, ob. VIII. kal. Novembris.¹⁾

²⁾ Sepulchrum dⁱ Chuenonis, quondam magⁱ monete, qui fuit proavus dⁱ Iohannis circa fr^{es}, ob. VI. kal.³⁾, ubi littera P.^{b)}

Sepulchrum dⁱ Rugeri^{c)}, ob. in festo b. Petronille virginis II. kal. Maii, ubi littera Q.^{d)}

Sepulchrum d^e Margarete Chrannestinne, m^{ris} n^e, ob. XVIII. kal. Augusti⁴⁾, ubi littera S.^{d)}

Ibidem gener suus Leupoldus Hyrnprech, ob. XIV. kal. Octobris⁵⁾, et d^a Chunigundis ux. sua, filia d^e Margarete, ob. IV. kal. Novembris. Item filie sue Margar(ete), Anne, Elizabet. Item filii sui Iacobi Hyernprech. Item d^e Clare Slintenweininne, ob. II. non.⁶⁾ Novembris 1342. [D^e Margarete, ux^{is} Wichardi publici notarii, ob. VI. kal. Octobris.⁷⁾]

^{a)} A. d. 1485 ob. generosus d. d. Cristophorus de Rappach, singularis fautor ordinis, vivat deo.

195



Ob. generose d^e d^e Ioanne de Lambnicz, coniugis generosi dⁱ Cristophori de Rappach.^{e)}

^{a)} D. Christoferus de Rappach, ob. 1394 kal. Novembris.⁶⁾

196



et d^a Chresencia^{f)} de Tarantzsperck, ux. dⁱ Christoferi de Rappach, 1422.

^{a)} D. Christoferus de Rappach, 1422 kal. Maii.

^{a)} Vox super loco raso scripta. ^{b)} Littera colore caeruleo distincta. ^{c)} Spatium nomini gentilitio supplendo reservatum. ^{d)} Littera colore rubro scripta. ^{e)} Nota super loco raso scripta. ^{f)} i. e. Crescencia.


¹⁾ Decembris p. 193. ²⁾ Praefixum in signe gentilitium = Fig. 193. ³⁾ V. id. Octobris p. 188. ⁴⁾ Septembris p. 183. ⁵⁾ XV. kal. Novembris p. 190. ⁶⁾ VIII. id. p. 192. ⁷⁾ Novembris p. 191. ^{a)} Praemittitur insigne gentilitium = Fig. 187. ^{b)} XIX. kal. Febr. 1393 († Nov. 30) p. 168.

D. Georius de Rappach, nobilis et strenuus mil., ita quot inter alia sua exercicia milicie dimicavit cum alio bellicoso milite de Hispania Wiennē coram principe duce Alberto et omni curia predicti dī et laudabiliter triumphavit, qui a. d. 1445 VIII. kal. Octobris ob. feliciter.



197

198 D. Georius de Polnheim, ob. XVI. kal. Octobris 1383, et d^a Clara ux. sua, nata Heuslerin de Bildenstain, que ob. V. non. Iulii 1379.



a) 1)

198

5




199

D. Hermannus de Sunnberch ob., ubi littera T.^{b)}

²⁾D. Martinus de Rappach, ob. a. d. 1433.

³⁾D. Sigismundus de Polhaim, a. d. 1428 kal. Ianuarii.



200

A. d. 1453 ob. nobilis d^a d^a Walpurga, relicta dī Sigis-
mundi de Polhaim.

A. d. 1450 feria tertia post festum sī Francisci ob. d^a Dorothea Chrainchberrin^{c)}, conthoralis dī Alberchti de Ebersdorff, hic sepulta in ecclesia circa altare s^e crucis.



201

Sepulchrum dī Sifridi de Chranichperch, ob. III. id.
Iunii^{d)}, ubi littera U.^{d)}


15

A. d. 1471 die 5. Octobris ob. strenuus mil. d. Ioannes de Buechaim.

^{a)} Insigne gentilitium coloribus non depictum. ^{b)} Littera colore caeruleo distincta. ^{c)} Cod. Corr.: Chranichpergerin. ^{d)} Littera colore rubro scripta.

¹⁾ Hoc insigne Lind in editione sua praetermisit. ²⁾ Praemittitur insigne gentilitium = Fig. 187.

³⁾ Praepositum insigne gentilitium = Fig. 197. ⁴⁾ IV. id. Iunii p. 179. Sifridus de Kranichberg, 20 maritus Annae de Lichtenstein, ob. a. 1342.



A. d. 1511 in die Barbare sanctissime ob. d^a Barbara Grasserin, nata de Eynczing.



A. d. 1514 in die nativitatis dⁱ ob. nobilis Casper Grasser, fil. prefate d^e Barbare, sepultus cum m^{re} ante altare sⁱ Bernhardini.



Sepulchrum dⁱ Hadmari, ob. XIV. kal. Maii, X.^a)

D. Albertus fil. dⁱ Philippi de^b), ob. IV. kal. Decembris 1300, ubi littera Y.^c)



Sepultura dⁱ Chadoldi de Ekkartzaw^o senioris¹), fundatoris capelle in n^a porta, cuius sepulchrum est inter duo altaria, videlicet sⁱ Thome apostoli et sⁱ Sigismundi, situm. Ibidem sepulta d^a Chunigundis²), consors eius.

Ibidem sepultus est puer parvulus, fil. suus.^d)

Ibidem sepultus est d. Ulricus de Ekkartzawe³), fil. dⁱ Ulrici de Ekkartzawe, qui fuit fr. dⁱ Chadoldi senioris, qui ob. sub a. d. 1379 in crastino b. Dorothee virginis et martiris.

^a) Littera colore caeruleo distincta. colore rubro scripta.

^b) Spatium nomini gentilitio supplendo reservatum. ^d) fil. suus colore rubro scripta.

^c) Littera


¹) Ob. III. kal. Novembris 1340. (Cf. Lind l. c. p. 109.) Cf. p. 203.

²) Cf. p. 168.

³) Deest

in necrologio et in notis de sepulcris.

Ibidem sepultus est nobilis baro ac strenuus mil. d. Leopoldus de Ekchertzaw, qui fuit specia-
lissimus et sincerissimus amicus fautorque fr^{um}, mortuus a. d. 1443 in vigilia vigilie annunciacionis
virginis Marie semper benedicte festivitatis.



206

A. d. 1534 mense Ianuarii 29. ob. quedam virgo Salome no-
mine, filia generosi dⁱ Georgii de Puechaim, quondam locum 5
tenens, sepulta aute altare b. Marie virginis circa tumulum pro-
genio^a) de Polhaim.

Idem^b) alia filia de Puechaim nomine Regina, que ob. 22. mensis Augusti 1535, sepulta ante altare
virginis Marie.



207

A. d. 1548 dⁱ Christiani Enenkel filius Caspar dictus et iuvenis 10
16 annorum, dum literis operam navaret, Wienne in Danubio,
cum lavaret incautius, misere periit 2. idus Iulii 1548 et in hoc
templo prope capellam sⁱ Ludwici ad gradus sepultus est.

Hic nominantur beneficia^c) aliqua, que fr^{es} receperunt et recipiunt
singulis annis, videlicet de d^a Chunigunde super Statuam, que testata fuit 15
5th d., de quibus remansit una iuxta domum Chursenhaews, quam^d) vendit
allecia, quam modo porigunt nobis fr^{es} Carmelite.

D. Otto de Pilichdorf, fr. dⁱ Dietrici marschalci, ordinavit duo anniv^{ia},
unum in crastino epiphanie dⁱ 1), secundum in festo sⁱ Otmari, pro quolibet
festo 1th d. 20

Officialis dⁱ Ulrici Daxperch habet porrigere pleb^o in Chranperch, ista
sunt nota.

Item proxima feria secunda post epiphaniam dⁱ tenemur facere anniv. dⁱ
Rudolfi de Chranichperch²), quia abb^a S^o Clare eodem die habet porrigere 2th d.

Nota, quod V. id. Ianuarii fr^{es} habent facere anniv. d^e Yermle Wei- 25
potinne³) cum vigiliis et missa et visitacione sepulchri. Sepulchrum est iuxta
locum predicacionis, ubi littera S, et mag^a tercio regule habet porrigere
10 sol. d. pro pitancia et 60 d. pro officio, et illi denarii dantur de vinea
earum in Monte Nucum.

Ob. ser^{mi} principis dⁱ Andree^e) regis Ungarie celebretur et sue consortis 30
d^e Agnetis regine propter elemosinam, que porrigitur de Regelprunn, et
hoc XIX. kal. Ianuarii.⁴)

Eodem die⁴) vel sequenti est dies annivⁱⁱ d^e Chunigundis de Ekkartzawe,
sed primo peragitur in quadragesima vacante feria secunda post Remini-
scere per octo dies cum vig(iliis) et missa omni die. 35

a) Cod. Corr.: progeniei. b) Cod. Corr.: item. c) benef. bis scriptum. d) Cod.
Corrig.: quae. e) dⁱ Andree colore rubro scripta.

1) III. non. Ianuarii, cf. p. 167.

2) Cf. p. 167, Ian. 6.

3) Cf. p. 167.

4) Februarii p. 168.

Anniv. d^e Katherine de Rappach, que fuit consors dⁱ Hainrici de Rappach, peragatur, quia ipse d. Hainricus eodem die porrigit 2 th. $\frac{1}{2}$ pro pitancia et hoc XIX. kal. Ianuarii.¹⁾


208



Roemischer, ungerischer und be-
hamischer khuniglicher maiestett
etc. ratt und landtundermarschalch
in Osterreich under der Enns Am-
brosey Wisendt zu Crannsegg und
Eufemia Hagerin von Alantsteig,
sein hauszfrau, haben lassen machen
got dem almechtigen und seiner
gebenedeyten mueter junckhfrauen
Maria zw gedechnus und getreuer

bewesung seiner pittern martter und ihres hertzlichen schmerztn das gemell vor im chor auf der rechten seytn bey dem crucifix, das man an dem heyllign charfreytag nach dem passion heraus in die khirchn 15 legt zu bewesn christlicher andacht in danckperkhayt seines pittern leyden, martter und vergiessung seines rosenfarben bluets zw begnadung unser sunden 1539. Actum Wienn den erstn Apprillis a etc. (15)39.

209



¹⁾ Februarii p. 168.

MONUMENTA NECROLOGICA CANONIAE S. DOROTHEAE VINDOBONENSIS.

Canonicorum regulam s. Augustini professorum canoniam S. Dorotheae Vindobonae ab Alberto V. Austriae duce s. Augustini festo a. 1414 fundata ac dotata est. Cuius loco iam prius Albertus II. Austriae dux capellam s. Dorotheae virgini dicatam construere coepit, quam Rudolfus IV. Austriae dux, eius filius, secundo regiminis sui anno perfecit atque consecrandam curavit. Canoniam vero ab Alberto V. Austriae duce, qui opus a patre inceptum ad finem perduxit, persuadente Andrea Planckh, parochio in Gars eiusque cancellario, fundata ac a. 1414 canonicis ex canoniam in Dürnstein vocatis tradita est. Structuram vero ac eius dotationem praememoratus Andreas Planckh, ducis cancellarius, a. 1422 explevit, qui ideo fundator secundus appellari potest.

1. *Ex huius canoniam monumentis necrologicis primum obtinct locum necrologium, quod codicis minoris formae membranacei, prius Dorotheer Archiv, G. II nr. 10, nunc Ladel Y nr. 24 signati, in tabulario canoniam Claustroneoburgensis asservati, 27 foliis praeter alia continetur, circiter a. 1440 inchoatum ac usque in saec. 17. variis librariorum manibus deductum. Codex vero duobus foliis, in quibus notae dierum a II. kal. Septembris usque ad XII. kal. Octobris scriptae erant, et ultimis foliis, quae mensis Novembris Decembrisque notas continebant, excisis mutilus est. Quod necrologium hic primum vulgatur.*

Cum notis ab auctoris aliorumque librariorum manibus saeculis singulis descriptis opus navarim typis distinguendis, quae auctoris manu scripta erant, litteris maioribus, notas saec. 15. reliquas litteris maioribus unciis inclusis, ex sequentibus vero saec. 16. ineuntis tantum selectas litteris minutis exprimendas curavi.

2. *Huius canoniam annales codice minoris formae chartaceo saec. 15. exeuntis et 16. ineuntis bibliothecae monasterii Gottwicensis 497 numero rubro, alias XV, Miscellanea signato, qui S. Dorotheae canonicum regularem habuisse videtur auctorem, praeter tabulas de electionibus praepositorum aliaque ad historiam canonicarum S. Dorotheae et Rottenmannianae spectantia continentur. Quia autem canonicorum nomina iuxta professionis seriem exhibentur, series professorum annales hi nominari possent, qui hic primum in lucem eduntur. Singulis canonicorum nominibus locus et annus ac obitus dies plerumque adiecti sunt.*

Manum auctoris saec. 15. exeuntis, quae professorum nomina usque ad a. 1503 scripsit, litteris maioribus notasque librarii secundi manu saec. 16. ineuntis scriptas litteris discrevi minutis.

Reverendissimo domino Friderico Piffl, praelato Claustroneoburgensi venerabili, doctoribusque clarissimis, Vincentio Oscari Ludwig ac Bertholdo Černík, amicis meis prae-

dilectis, pro necrologio domi utendi licentia benigne mihi concessa operibusque mihi alias collatis multum me debere libenter hoc quoque loco profiteor.

Reverendissimo quoque domino Adalberto Dungal, abbati Gottwicensi venerabili, atque P. Carolomanno a Schilling, subpriori quondam ac bibliothecae Gottwicensis custodi memoria digno, qui annalium necrologicorum codicis utendi licentiam mihi libenter concesserunt, hic gratias ago debitas.

NECROLOGIUM CANONIAE S. DOROTHEAE VINDOBONENSIS.

IANUARIUS.

1. kal. Ob. Nicolaus Newkuem et Clara ux. ipsius, vi(gilie) mi(nores).^{a)}
2. IV. non. Ob. d. Martinus senior prof. monⁱⁱ b. virginis in Tirenst(ain). Ob. fr. Georius Goeldner dyac. prof. monⁱⁱ b. virginis in Tirenst(ain). Ob. d. Iohannes de Roesenberg prof. h. m. a. 1458. [Ob. fr. Bartholomeus pbr. prof. in Witignaw 1481.]
3. III. non. Ob. d. Caspar Puff senior prof. in Neuburga a. 1502.^{a)} Ob. d. Thomas senior de Lenngenfeld in Tirnstain prof. a. d. 1502. Ob. d. Leopoldus Maydl prof. in Neuburga.
4. II. non. [Ob. d. Nicolaus Eysenekg pbr. de Meissaw, ma(iores) vi(gilie), in ambitu sepultus.]
5. non. [Ob. d. Cristannus de Corona sac. prof. h. m.]
6. VIII. id. Ob. fr. Caspar acc. prof. monⁱⁱ in Witignaw.^{b)} Ob. d. Ioannes Renner prof. ad S^{um} Andream cis Traisam 1501.
7. VII. id. [Ob. fr. Iohannes ev. prof. monⁱⁱ in Witingnaw. Ob. d. Mathias prof. monⁱⁱ sⁱ Ypoliti.] Ob. d. Ieronimus Wildsau prof. ad S^{um} Ypolitum (15)30.
8. VI. id. [Ob. d. Udalricus prof. monⁱⁱ sⁱ Georii in Herczogenburga.]
9. V. id. Ob. fr. Anshelmus pbr. prof. h. m.
10. IV. id. Ob. d. Petrus senior prof. in Nova Civitate.
11. III. id. Ob. d. Iohannes Hierschauer ad S^{um} Ypolitum prof. 1528.
12. II. id. [Ob. d. Iohannes Puntz dec. monⁱⁱ sⁱ Andree cis Traismam.] Ob. ser^{mus} Romanorum imperator electus d. Maximilianus I., dux Austrie, Stirie, Carinthie et Carniole etc., a. 1519.^{c)}
13. id. Ob. d. Nicolaus sac. prof. in Tiernstain. [Ob. d. Iohannes Puencz prof. ad S^{um} Ypolitum (14)92.]
14. XIX. kal. [Ob. d. Georgius prof. monⁱⁱ sⁱ Egidii in Witingaw.] Ob. d. Egidius sac. prof. in Herczoburga. Item Steffanus cv. in Tirnstain prof.
15. XVIII. kal. Ob. d. Nicolaus Apafi mil. de Septem Castris, vi(gilie) ma(iores).^{d)} Ob. d. Mathias sac. prof. h. m. 1541.
16. XVII. kal. Ob. d. Erhardus prof. monⁱⁱ sⁱ Ypoliti.
17. XVI. kal. Ob. d. Andreas prof. h. m. [Ob. d. Laurencius iunior prof. monⁱⁱ in Witignaw.]
18. XV. kal. Ob. d. Iohannes Rasculus de Olomunez, vi(gilie) ma(iores). Ob. d. Iohannes Chekeh prof. monⁱⁱ sⁱ Ypoliti. [Ob. d. Sigismundus Pruckner prof. in Neuburga Claustrali.]^{b)}
19. XIV. kal. Ob. d. Iohannes Oertel ex Neuburga Claustrali.
20. XIII. kal. Ob. d. Iohannes in Tiernnstain prof. 1514.
21. XII. kal. Ob. parentes dⁱ Erhardi de Hainburga profⁱ h. m. a. 1444, vi(gilie) ma(iores).^{a)} [Ob. d. Ambrosius Stayner de Mueldorff prof. h. m. 1492.] Ob. d. Rudbertus senior prof. in Newburgo Claustrali.

^{a)} Haec nota super loco raso scripta.

^{b)} Sequitur locus rasmus.

^{c)} Nota colore rubro scripta.

^{d)} In margine colore rubro: a.

23. X. kal. [Ob. d. Conradus Petinensis eps. et ppos. monⁱⁱ sⁱ Andree cis Traismam.¹⁾]
 24. IX. kal. [Ob. d. Petrus sac. de Moravia, vi(gilie) mi(nores). Ob. d. Michael abb. in Witingnaw (14)76. Ob. fr. Thomas cv. prof. in Nova Civitate (14)88.]
 25. VIII. kal. [Ob. d. Augustinus pbr. et prof. monⁱⁱ in Witignaw. Ob. d. Vincencius sac. prof. in Hertzogburga. Ob. d. Thomas Lisst quondam dec. in Neunburga.]
 26. VII. kal. [Ob. d. Petrus prof. ad S^{um} Andream.]^{a)}
 27. VI. kal. [Ob. d. Stephanus Gokatsch sac. prof. monⁱⁱ sⁱ Andree cis Treismam.]^{a)}
 28. V. kal. Ob. fr. Erhardus pbr. prof. h. m. Ob. Matheus pbr. prof. monⁱⁱ b. virginis in Newburga Claustrali. [Ob. d. Petrus Busnard^{b)} de Septem Castris pbr. prof. h. m.]^{a)}
 30. III. kal. Ob. d. Paulus in Tirnstain prof. a. 1510. Ob. d. Oswoldus ad S^{um} Andream ppos.
 31. II. kal. Ob. fr. Thomas pbr. prof. monⁱⁱ in Tyrnstain. [Ob. mag. Laurentius pleb. in Dobrica, vi(gilie) mi(nores).]

FEBRUARIUS.

1. kal. Ob. d. Ludovicus in Newburga prof. a. etc. 1512. Ob. fr. Steffanus Holfues cv. in Nova Civitate prof. Ob. d. Ioh(anne)s prof. in Witingaw.
 3. III. non. Ob. Ulrichus Schroet civ. Wienn., vi(gilie) ma(iores). [Ob. ven^{is} p. d. Thomas²⁾ ppos. in Hertzogburga].
 4. II. non. [Ob. d. Heinricus Saxo can. Quinqueecclesiensis, vi(gilie) mi(nores). Ob. d. Albertus pbr. prof. monⁱⁱ sⁱ Yppoliti (14)75.] Ob. d. Wolfgangus Hayden ppos. in Neuburga Claustrali³⁾ a. aetatis suę 68.
 5. non. Ob. d. Hainricus prof. in Neuburgo Claustrali.
 7. VII. id. Ob. d. Thomas sac. prof. in S^o Yppolito 1502.
D. Iohannes Türekc de Corona fecit professionem a. d. 1457 in die Thome apostoli. Ob. III. kal. Novembris a. d.^{b)}

D. Petrus Weinman de Swabach fecit professionem a. d. 1459 in die Michaelis. 15 Ob. autem quarto die post omnium s^{orum} a. d. 1481.

D. Augustinus, prius Iohannes dictus^{e)}, Aygner de Müldorff fecit professionem a. d. 1463 in epiphania dⁱ. Hic fuit missus ad Rotenmann ad recentem aerem propter infirmitates suas, ibidem stabilitus et a. d. 1502 in die Philippi et Iacobi ob., alias kalendis Maii. 20

D. Mathias de Lug fecit prof(essionem) a. d. 1463 in epiphania dⁱ. Ob. a. d. 1490, 9. kal. Septembris.

D. Albanus de Egknveldn fecit professionem a. d. 1463 in epiphania dⁱ et ob. a. d. 1487.

D. Gregorius Teyninger de Newnburga Forensi, sextus ppos.^{d)} monⁱⁱ s^e Dorotheo²⁾, prof. est a. d. 1463 in epiphania dⁱ. Ob. VIII. yd. Octobris a. d. 1501. 25

D. Erasmus de Olmuncz fecit professionem a. d. 1463. Iste fuit missus ad patriam ibique mortuus a. d.^{a)}

D. Ambrosius Stayner de Müldorff fecit prof(essionem) a. d. 1464 in die Mathie apostoli. Ob. XII. kal. Februarii a. d. 1492.

D. Hainricus Mung de Öring fecit prof(essionem) a. d. 1464 in die Mathie apostoli. 30 Ob. a. d.^{a)}

D. Conradus de Gruensveldn fecit prof(essionem) a. d. 1465 circa festum epiphanie. Ob. a. d. 1507 quarto yd. Decembris.

D. Sebastianus von der Weidn fecit prof(essionem) a. d. 1466 in die Clementis. Ob. IX. kal. Iunii a. d. 1489. 35

D. Rudbertus de Teysndorf fecit prof(essionem) a. d. 1466 in die Clementis. Ob. a. d. 1483, V. yd. Augusti in Rotenman ut hospes.

D. Michael de Corona Bleiml fecit prof(essionem) a. d. 1466 in die Clementis. Ob. vero a. d.^{a)} Optimus atque devotissimus p. et religiosus.^{e)}

Fr. Lucas cv. ex Vienna fecit professionem a. d. 1466 Letare. Ob. a. d. 1495, 40 IV. kal. Augusti.

D. Augustinus Haeringer Wienn. fecit prof(essionem) a. d. 1468. Demum intravit ordinem Charthusiensem.

D. Kolomannus fecit prof(essionem) a. d. 1469 in die Stephani, tamen in Nova Civitate stabilitus. 45

a) Annus et dies obitus desunt. b) Numerus deest. c) prius Iohannes dictus eadem manu super linea scripta. d) sextus prepositus minio in margine repetitum. e) optimus atque devotissimus p. et religiosus manu posterioris temporis apposita.

¹⁾ Febr. 7.

²⁾ 1478—1501.

D. Leonardus Kobl, a vulgo Kuku dictus, fecit professionem a. d. 1469 in die Stephani. Ob. a. d.^{a)}

Fr. Hieronimus cv. ex Tulna fecit prof(essionem) a. d. 1469 in epiphania dⁱ. Ob. V. kal. Augusti a. d. 1495.

5 Fr. Stephanus cv. ex Krembsmuenster fecit prof(essionem) a. d. 1469. Ob. a. d.^{a)}

D. Kilianus Hekman de Schillingstat fecit prof(essionem) a. d. 1469 in die Mathei apostoli. Ob. a. d. 1505, VIII. kal. Maii.

D. Franciscus de Ratispona subdyac. fecit prof(essionem) a. d. 1469 in die Mathei apostoli. Ob. V. kal. Augusti a. d.^{a)}

10 Fr. Georius de Perg cv. fecit prof(essionem) a. d. 1469 in die Mathei apostoli. Ob. III. kal. Novembris a. d. 1481.

D. Mauricius Wolf de Iungstat fecit prof(essionem) a. d. 1471 dominica quarta post pasca.¹⁾ Ob. a. d.^{a)}

D. Martinus de Gusnart de Septem Castris fecit prof(essionem) a. d. 1472. Ob. 15 vero a. d. 1482.

D. Sigismundus Kuglperger de Franckhnmarckht, ante ingressum in religionem per biennium in sacerdocio constitutus, fecit professionem in die Magdalene a. d. 1473, tandem a. d. 1501 in septimum ppos^{um} 2) ad S^{am} Dorotheam electus et demum post biennium quasi preposituram resignavit obiitque a. d. 1508, XI. kal. Octobris, alias in die Mathei apostoli.³⁾

20 D. Innocencius de Erding, qui Iohannes professione nominabatur, fecit professionem a. d. 1473 in die Magdalene. Ob. a. d.^{a)}

D. Bernhardus Zaechman, qui Mathias ante professionem vocabatur, ex Nova Civitate ortus, fecit prof(essionem) a. d. 1474 in die Dorothee. Hic fuit postulatus in ppos^{um} Nove Civitatis, deinde post resignacionem prepositure mon^{ti} s^e Dorothee per d^{um} Sigismundum prefatum iste d. Bern(ard)us fuit postulatus pro ppos^o b) mon^{ti} s^e Dorothee. Ob. autem a. d.^{a)}

D. Iohannes Hunczdorffer ex Salzburga fecit prof(essionem) a. d. 1474 in die Dorothee virginis. Hic fuit postulatus in ppos^{um} Nove Civitatis ibique est mortuus a. d. 1497, VIII. kal. Iulii. Udalricus Wienn. ac. fecit prof(essionem) a. d. 1474 in die Doro(thee) 30 et ob. a. d. 1475 XVIII. kal. Maii.

D. Ladislaus nacione Medlicensis, qui Wolfgangus ante professionem dicebatur, fecit prof(essionem) a. d. 1475 in die purificationis Marie virginis obiitque a. d. 1509 in Poelan finaliter prof.

D. Sebaldus Meysl ex Piscina fecit prof(essionem) a. d. 1477 in die penthecostes.⁴⁾ 35 Ob. vero a. d.^{a)} Mangnus^{c)} zelator observancie religionis.^{d)}

D. Cristofferus Arnolt de Recz sac. secularis fecit prof(essionem) a. d. 1478 in die Michaelis et ob. in die Gregorii a. d. 1486.

D. Georius Habich de Zwetl fecit professionem a. d. 1479 in die Mathei apostoli, deinde in Rottenman stabilitus et a. d.^{a)}

40 D. Laurencius de Septem Castris fecit prof(essionem) a. d. 1479 in die Mathei. A. d. 1504 defunctus est nonis Septembris.

D. Leonardus Haemerl ex Oedenburg et in Staenez prius prof. de licentia sui prelati et conventus se ad S^{am} Dorotheam stabilivit a. d. 1479 in die Dyonisii et a. d. 1509 mortuus est pridie yd. Marcii.

45 D. Gabriel Teyniger ex Newnburga Forensi, fr^{is} e) dⁱ p^{is} Gregorii Teiniger, fecit prof(essionem) a. d. 1479 assumptionis Marie et ob. VIII. yd. Marcii a. d. 1500.

^{a)} Annus et dies obitus desunt. ^{b)} In margine minio: octavus ppos. ^{c)} Cod. ^{d)} religione Cod.: Mangnus — religionis manu posteriore apposita. ^{e)} Cod. Lege frater.

¹⁾ Maii 12.

²⁾ 1501—1503.

³⁾ Dies Mathaei apost. est Oct. 21, non Oct. 22.

⁴⁾ Maii 25.

D. Wolfg(ang)us Perckman Wienn. fecit prof(essionem) a. d. 1479 assumptionis Marie virginis et ob. dominica ante Urbani a. d. 1503, alias XI. kal. Maii.

D. Benedictus Wyenn. fecit prof(essionem) a. d. 1481 in die Augustini et a. d. 1508 ob. quarto kal. Maii.

Fr. Fridericus Häberler de Aichstet ev. fecit prof(essionem) a. d. 1481 dominica 5 Esto michi¹⁾, ob. vero a. d. 1487, VII. yd. Iunii.

Fr. Andreas ev. ex Sirning fecit professionem a. d. 1481 dominica Esto michi.¹⁾ A. d.^{a)} defunctus est.

Fr. Thomas ex Ried ev. fecit prof(essionem) a. d. 1482 dominica secunda post pasca. Ob. VI. yd. Novembris a. d. 1506. 10

D. Augustinus ex Vienna fecit prof(essionem) a. d. 1484 die Magdalene. Obiit.^{a)}

Fr. Wenczeslaus ev. fecit professionem a. d. 1488 Michaelis die. Ob. autem die corporis Christi a. d. 1495, alias XIV.^{b)} kal. Iulii.

D. Cristofferus ex Hoefelein prope Laa fecit prof(essionem) a. d. 1490 in die assumptionis Marie semper virginis. Obiit.^{a)} 15

Fr. Stephanus ev. ex Padn fecit prof(essionem) a. d. 1490 in die assumptionis Marie. Ob. a. d. 1510, XVI. kal. Decembris.

D. Raphael Silesita fecit prof(essionem) a. d. 1484 in die Magdalene, intravit tandem ordinem Minorum, ubi et mortuus est.

D. Thomas de S^o Vito prope Padn fecit prof(essionem) a. d. 1491 in vigilia assumptionis Marie. Ob.^{a)} 20

D. Egidius de Gaurnsdorff fecit profess(ionem) a. d. 1491 in vigilia assumptionis Marie, tandem in Nova Civitate stabilitus et demum in ppos^{um} electus ibidem.

D. Leopoldus Reiffner ex Herezogburga, ante professionem Benedictus vocatus, fecit prof(essionem) a. d. 1492 dominica septuagesime.²⁾ Ob.^{a)} 25

D. Ambrosius Oeder ex Galigu, ante professionem Iohannes nominatus, fecit professionem a. d. 1492 dominica septuagesime.²⁾ Ob. V. yd. Iunii a. d. 1495.

D. Iohannes Felser de Teekndorff fecit prof(essionem) a. d. 1492 in die nativitatis Marie semper virginis. Ob.^{a)}

Fr. Petrus dyac.^{c)} de Geislhering fecit profess(ionem) a. d. 1492 in die nativitatis 30 Marie v(irginis) obiitque a. d. 1499 pridie kal. Augusti.

D. Iacobus ex Prugk auf der Leittach, prius Iohannes vocatus, fecit prof(essionem) a. d. 1493 dominica in quinquagesima.³⁾ Ob. XVIII. kal. Maii a. d. 1510.

D. Paulus de Eschnaw fecit prof(essionem) a. d. 1493 die inventionis s^e crucis. Ob. in Nova Civitate a. d. 1500, IV. kal. Maii. 35

D. Dionisius Schefmueller de Salina fecit prof(essionem) a. d. 1493 die inventionis s^e crucis. Ob. 1495 a. d., IV. yd. Augusti.

D. Nicolaus Viereckkl de Patavia fecit prof(essionem) a. d. 1493 die inventionis s^e crucis, postea fuit postulatus in ppos^{um} ad Schraetntal, brevi deinde tempore elapso resignavit preposituram predictam, in Tiernstain⁴⁾ se stabilivit. 40

Fr. Wolfg(ang)us ex Vienna ev. fecit prof(essionem) a. d. 1496 dominica secunda post pasca.⁵⁾ Ob.^{a)}

D. Georius Mann de Kemnatn fecit prof(essionem) a. d. 1496 in die Thome apostoli. Ob.^{a)}

^{a)} Annus et dies obitus desunt. ^{b)} Lege XV., cf. supra p. 263. Iun. 18. fuit a. 1495 festum corporis 45 Christi. ^{c)} dyac eadem manu super linea.

¹⁾ Mart. 4. ²⁾ Febr. 19. ³⁾ Mart. 1. ⁴⁾ Nicolaus II. ppos. Dürnstein 1512—1521. ⁵⁾ April. 17.

D. Sebastianus Lengnprunner de Ambspurg, ante professionem Iohannes dictus, fecit prof(essionem) a. d. 1496 in die Thome apostoli. Ob. autem a. d. 1504, VI. kal. Decembris.

D. Hieronymus Smidl de Spallt fecit prof(essionem) a. d. 1496 in die Thome apostoli, ante professionem Wolfg(ang)us nominatus, et ob.^{a)}

D. Andreas Fuchs de Herczogburga fecit prof(essionem) a. d. 1496 in die Thome apostoli. Ob.^{a)}

D. Ambrosius Pellificis^{b)} de Maense, prius Michael dictus, fecit professionem a. d. 1497 in vigilia Iohannis waptiste.^{c)} Ob.^{a)}

D. Laurentius de Jaegerberg fecit prof(essionem) a. d. 1497 in translacione sⁱ Ruperti. Ob. a. d.^{a)}

D. Matheus Hayezer de Halstat, ante professionem Wolfg(ang)us vocatus, fecit prof(essionem) a. d. 1499 die vicesima tertia Marci, fuit sac. secularis habundans. Ob. XIII. kal. Iulii a. d. 1504.

D. Rupertus Praitfues ex Salezburga fecit prof(essionem) a. d. 1503 dominica infra ascensionem dⁱ 1), primus prof. sub patre Sigismundo. Ob.^{a)}

Fr. Caspar ev., qui ante professionem Wolfgangus vocabatur, ex Sweinpach natus, fecit prof(essionem) a. d. 1503 dominica infra ascensionem dⁱ 1), secundus prof. sub p^o Sigismundo. Hic fuit rasor pannorum et ob. a. d. 1508, sexto kal. Iulii.

Stanislaus de Sweidnicz fecit professionem a. d. 1503 die Magdalene, tertiis et ultimus prof. sub patre Sigismundo, qui ob. a. d.^{a)}

D.^{d)} Martinus Schrepfer ex Grêcz, prius prof. in Tiernstain, stabilivit se in monio s^e Dorothee in Vienna a. d. 1505 die sⁱ Gereonis et habet locum post domnum Lanrencium. Ob. Non^e) ob., sed apostatavit ex cenobio eodem.

Fr. Augustinus Walner cler. de Czenickh fecit professionem a. d. 1506 in die sⁱ Michaelis. Ob. eodem anno sabbato ante Leopoldi²⁾ post meridiem circa octavam.

Fr. Sebastianus Weinperger de Schaerding cler. fecit professionem a. d. 1506 in die sⁱ Michaelis. Ob. eodem anno in die sⁱ Lini, hora duodecima in nocte.

Fr. Wolfgangus Aspekch de Oetting fecit professionem a. d. 1505 in die sⁱ Ruperti in quadra-
30 gesima et ob.^{a)}

Fr. Gregorius de Pawmen, prius vocabatur Wolfgangus Vogler, fecit professionem a. d. 1507 in die sⁱ Ruperti in quadragesima et ob.^{a)}

a) *Annus et dies obitus desunt.* b) *Corr.: Pellifex.* c) *Cod.* d) *Sequentia manu posteriore scripta.* e) *Non — eodem altera manu apposita.*

35 1) *Maii 28.* 2) *Nov. 15.*

ANNALES NECROLOGICI FRATRUM MINORUM OBSERVANTIUM AD S. HIERONYMUM VINDOBONAE.

Fratrum Minorum s. Francisci regulam professorum conventualium conventus ad SS. Theobaldum ac Bernhardinum extra moenia Vindobonae quondam situs, iam dudum vigens, a Iohanne Capistrano a Friderico III. Romanorum imperatore in Germaniam a. 1451 vocato ac Vindobonam veniente in coenobium fratrum strictioris observantiae mutatus, a. 1529 a Turcis exustus atque dirutus est, quare monachi domo carentes primum ad s. Nicolai ecclesiam, deinde ex hac domo ruinosa ad s. Hieronymi ecclesiam contiguam translati sunt.

Cuius conventus necrologium a. 1583 institutum codex maioris formae chartaceus in eiusdem bibliotheca repositus, nondum signatus, 26 foliis continet, in quo notae annalium modo descriptae necrologicae singulorum obitus usque ad a. 1583 a librarii manu maxima cura inscriptae sunt, quae ex quodam necrologio antiquiore, nunc amisso aut latente, exscripta esse videntur. Et quidem fratrum ante a. 1479 defunctorum anni diesque obitus plerumque omissi, fratrum vero a. 1479 ac postea mortuorum anni tantum mortis indicati sunt. Qui annales necrologici hic primum ad annum 1510 usque publici fiunt iuris.

P. Iulio Smerscek, huius conventus guardiano optime merito, quod codicem domi pertractandum mihi miserit, hic quoque gratias ago maximas.

Initium et fundamentum novae plantulae provinciae Austriae frum ordinis Minorum de observantia. Exstitit benedictae memoriae vir ac zelantissimus fidei et religionis propugnator fr. Ioannes de Capistrano, eiusdem ordinis et frum de observantia familiae eismontane vic. generalis atque inquisitor ferventissimus hereticę pravitate evangelicęque veritatis predicator celeberrimus. Hic devotissimus p. a. d. 1451 a felicis rec(ordationis) Nicolao papa V. ad cesaream maiestatem apostolica legatione functus venit ad Germaniam, ubi post innumera per eum bene gesta virtutum insignia in mirifica operatione atque prodigiis in propagatione religionis in certamine contra hereticos presertim Hussitanę perversitatis in congressu vivifici signi so crucis, quo contra Turcam sevissimum hostem Christiani nominis triumphavit, tandem post finem laborum de a. d. 1456 gloriosa morte defunctus est in Vilack¹⁾ oppido regni Hungariae, ubi in hunc diem miraculis coruscat.

Cum autem p. ille colendus, cuius virtute illustrabatur orbis, ex mandato apostolicae sedis arduis fidei negotiis intentens filiorum, quos ad regularis vitę observantiam in Christo genuerat, educationi non posset intendere, habens in societate sua duos excellentissimos viros atque sibi precordialissimos, quos secum adduxerat de Italia, quibus etiam præ aliis syncerius confidebat, videlicet frem Gabrielem Veronensem et frem Christophorum de Varisio, commisit eisdem illum laborem, quatenus frum regimini diligenter intenti hanc novellam plantationem sua salutari eruditione irrigarent. Quod sanctissimum opus quam vigilanter et sollicite, cum quantisque sudoribus postmodum adimplerint, docuit eventus

¹⁾ *Villöcky in Ungaria.*

potissimum in multiplicatione locorum et fr^{um} provincie huius, quae tunc non tantum Austriam et Bohemiam atque Poloniam comprehendens auctoritate apostolica in unam provinciam redacta erat. Successu vero temporum crescente numero locorum et fr^{um} propter nimiam latitudinem in tres provincias est divisa. Præterea alter ex his duobus prenomina^{tis} p^{ibus}, videlicet fr. Gabriel, præter labores
 5 maximos, quos in regendis fr^{ibus} et provincia per plures annos animo indefesso sustinuit pro suae virtutis industria ceterisque gratiarum donis, quibus singulariter a d^o extitit decoratus, etiam laboribus fidei et ecclesiae ex obedientia apostolica saepe fuerit adhibitus, utpote inquisitionibus hereticorum, commissionibus cruciat^u contra eosdem hereticos atque immanissimos Turcas, reformationi pacis et concordiae inter principes Christianos et huiusmodi, quibus demum pro suis bene meritis in dies ad
 10 altiora evectus est, ut impleretur sermo propheticus, quem prefatus p. rev. fr. Ioannes de Capistrano quondam ei dixerat, quod videlicet esset futurus magnus in ecclesia dei. Nam ad promotionem ser^{mi} dⁱ Mathiae Hungariae regis, accedente etiam mandato apostolicae sedis, in episcopatum ecclesie Albenensis in Transilvania assumptus est de a. d. 1472, deinde ab eadem postulatus Agriensis ecclesiae factus est episcopus, unde postmodum a. d. 1477, composita prius pace inter Romanum imperatorem
 15 et regem, primum etiam ad culmen cardinalatus magna cum gloria evasit, insignitus titulo s^{orum} Sergii et Bacchi. Postremo vocatus est a pontifice maximo Sixto pape IV. ad residendum in Urbe a. d. 1479, ubi tandem pro sua morum elegantia et integritate cum summa reverentia habitus est tam a clero quam a populo et in cetu cardinalium non vulgariter reputatus huius mortalis vitae decursu feliciter consummato migravit ad d^{um} a. d. 1486.

Nomina quorundam, qui mortui sunt extra provinciam:

Fr. Michael Siculus, senex p., qui fuit primus guard(ian)us, postea rediens ad Ungariam aliquotiens fuit vic. eiusdem provincie et ibi in pace quievit. Fr. Nicolaus senex ob. in Ungaria. Fr. Dionysius de Ungaria, scriptor et cantor, ob. in Ungaria. Fr. Bernardinus de Praga, quondam sac. se^{cularium} dictus d. Procopius, valens predicator, ob. in Ungaria. Fr. Ioan(nes) de Pruzia, optimus scriptor, qui
 25 et gradualia in loco Vienn. duo scripsit et postea ultra 60 volumina in Italia, presertim in provincia Bononiae, ubi et defunctus est gustato laetali cibo. Fr. Augustinus de Weittstorff sac., licentiat^{us} iuris canonici, qui causa medendi in thermis Italianam intravit et ibidem vita decessit. Fr. Albertus de Prussia, vir optimus, Vienn^e et iu pluribus locis provinciae guardianus et de a. d. 1483, cum esset discretus provincie et mitteretur ad Urbem in capitulum sⁱ Yppoliti, in itinere infirmitate correptus
 30 diem clausit extremum in loco insule laci^a) Benaci sive de Garda. Fr. Calixtus de Neuburga sac., plurime sincerus et habilis ad multa, scilicet scribendum, praedicandum, manualiter laborandum, qui, cum proficisceretur in societate revⁱ p^{is} Christoffori Variensis Ierosolymam, ibidem peste vitam finivit. Fr. Franciscus de Landtshueta, senex sac. et devot^e alacritatis, quem rev. p. Gabriel cardinalis, eps. Agriensis, singulari affectu complectens in confessorem et cap^{um} elegerat Agri^e, defunctus in loco Iuden-
 35 burgensi. Fr. Simon de Suevia sac. ibidem etiam ob. Fr. Hieronymus de Egenburga sac. ob. Assisii. Fr. Paulus de Ybs sac. devotus ob. in littore maris. Fr. Leonardus de Wels, qui fuerat guardianus Iudenburgi et socius, discedens ad capitulum generale ob. Venetiis a. d. 1487. Fr. Clemens de Ditmercia, nobilis p. Lipsensis, magnae scientie et litteratur^e, aliquotiens guardianus Vienn. et Brunnae, ob. Brunne. Fr. Philippus de Saxonia, mag. artium, eius socius, vir purus et plurimum^b), aliquando
 40 guardianus Iudenburgensis et Brachla, demum Vratislavi^e ob. Fr. Raphael de Gorlitz, homo virgineae honestatis, bonus praedicator, aliquando guardianus Sⁱ Hypolythi¹), qui cum ex capitulo Paradisi, ubi erant adhuc tres provincie congregatae, iret ad suum guardianum Vratislaviensem, epidimia iuvasus ob. in Olmutz. Fr. Clemens de Legnitz, fervens predicator et aliquotiens guardianus, ibidem ob. Fr. Franciscus de Baudissim, prædicator et sagax in agendis, aliquando guardianus S^o Radegundis²) et
 45 Vratislaviae, ob. Vratislaviae. Fr. Franciscus de Welstain, vir nobilis et strenuus in seculo mil. et inter curiales olim regis Ladislai non infim^e reputationis, sed in religione, humilitate ac ceteris vir multo praestantior, fuit in susceptione loci Pragensis, quem guardianus de Podiebrat dederat fr^{ibus}, cum præmitteretur, multa ab haereticis opprobria patienter sustinuit, factus deinde guardianus ibidem, in itinere a peste sublatus migravit ad d^{um}. Fr. Hieronymus de Vratislavi^e), sac. et prædicator ac
 50 pingendi gnarus, ob. Vratislaviae. Fr. Rogerius de Brunna, l. devotissimus et imperturbabilis animi, coquus aliquando Vienn^e et germanus fr^{is} Jacobi de Bruna lⁱ, etiam ibidem diu coqui, ob. Brunnae. Fr. Constantinus a Pelvitzumb, l. nobilis genere et virtute, hic martyrii desiderio flagrans petiit ob

a) loci cod.

b) Spatio vacuo relicto vox quaedam omissa est.

c) Cod. Corr.: Vratislavia.

¹) Hoc coenobium primordia sua a Iohanne Capistrano a. 1455 cepit, qui eius erectionis curam
 55 Gabrieli de Verona confratri suo commisit. Lites diuturnae ea ex causa cum canonia pervetusta S. Hipolyti exortae sunt. ²) Claustrum s. Radegundis in Katzelsdorf.

hoc^{a)} in loco Graecensi, sed postmodum expulsis inde fr^{ibus} ob. in Slesia. Fr. Michael de Neuburga Claustrali datus in societatem d^o Bernardino ep^o Archadiensi, suffraganeo Agriensi, ob. in Ungaria a. d. 1489. Fr. Archangelus de Aspang, amator paupertatis, a. d. 1496 ob peregrinandum ad locum s^o Mariae de Angelis Camerini sepultus. Hic a puero innocens et mundus amore paupertatis nunquam usus carnibus nec piscibus tantae fuit aequanimitatis, ut nemo eum unquam aut irascentem aut ridentem vidit.^{b)} Homo magnae devotionis et orationis, cum semel in Paradiso¹⁾ loco solus oraret in ecclesia, magnus hostis, orationis inimicus, in specie equi super eum venit ipsum terrendo, sed mente ad deum refugiens, equus disparuit, postea ex devotione s^{um} locum Portiunculę visitans ob., quo mortuo facies sua pulchrior, quam ante in vita fuerat, apparuit. Fr. Christophorus de Monaco profectus ad capitulum generale electus commissarius vicarii provinciae ob. Perusii 1514 in festo sⁱ Bonaventurae, 10 vir multum doctus, mag. Viennae, aliquando vic. provinciae, devotionis gratia, praedicationis facundia singulariter p^{re}ditus, elegans gloriosusque tam clero quam populo provinciae utilis p. Fr. Egydius de Hallstatt, qui et Romam ad rev^{um} p^{em} vic^{um} generalem venit, ibi penitentia accepta redire disponens mortuus est fuitque sac. Fr. Ioseph sac. de Athes, qui venit Romam ad generalissimum capitulum a. d. 1514, ibidem diem clausit extremum. Fr. Archangelus de Prauneecken, cler. doctus in primitivis scientiis, ob. in Bononia ridendo, omnibus lacrimantibus, existens ibidem in studio, a. d. 1519. Nota^{c)}: fr. Hypolytus de Kemptn intrando Italiam ob. Tridenti in loco sⁱ Bernardini, zelosus bonus fr., a. d. 1533. Nota^{c)}: fr. Fran(ciscus) diu in provincia existens et incorporatus, patria illectus, ad propriam ivit, at penitentia ductus redire petens ob. Portiunculae a. 1541.

Nomina fr^{um} defunctorum provinciae Austriae:

A. d. 1453 viguit magna pestis Viennae, et tunc mortui sunt in loco s^{orum} Theowaldi et Bernardini quasi 20 fr^{es} forte in 3 mensibus, incipiendo a mense Augusti. Primus mortuus dictus est fr. Ioanes de Bamberga. Fr. Alexander de Leibczk cler., vir valens et mag. artium, fr. Illuminatus de Neuburga cler., fr. Ioan(nes) de Colonia sac., p. senex et mag. nov^{iorum}, fr. Ioan(nes) de Ungaria, sac. devotus, fr. Iuniperus de Bavaria l., fr. Iacobus de Neuburga cler., fr. Illuminatus l., fr. Matthias de Saxonia 25 cler., fr. Gabriel de Rattnerga cler., fr. Laurentius de Septem Castris l. infirmarius, fr. Thomas de Ungaria sac. primus, fr. Thomas de Ungaria sac. secundus, fr. Thimotheus de Tuernsrentt, sac. devotus et contemplativus, fr. Gratianus, fr. Barnabas, fr. Clemens, clerⁱ novⁱ, fr. Thadeus de Carniola cler., fr. Lucidus, fr. Fabianus, fr. Ruffinus, lⁱ novⁱ, fr. Angelus de Austria, fr. Thomas de Saxonia, fr. Henricus de Franconia cler., fr. Concianus de Cilia cler., fr. Gabriel de Augusta cler. nov., fr. Bartholomeus de 30 Septem Castris, l. procurator, fr. Bartholomeus de Saxonia, vir utilis et ibidem aliquando guardianus, fr. Dionysius de Neinkuerchn predicator, fr. Dionysius de Bavaria predicator, fr. Gregorius Schweitzer, ibidem aliquando guar(dianus), fr. Illuminatus de Lauffen cler., fr. Iohannes de Suevia l., fr. Mattheus de Cepusio cler., fr. Albertus de Vratislavia sac., fr. Arsenius de Septem Castris cler., fr. Bartholomeus l. sartor, fr. Ioannes de Tulna sac. ex conventu, fr. Hieronymus de Schlesia cler., fr. Bernardus Bachinger, 35 nobiliis cler. nov., fr. Ioannes Geyslitzer l., fr. Angelus de Franconia, sac. doctus, aliquando guardianus, fr. Sylvester de Ingolstadt sac., fr. Stephanus de Ulreichskirchen cler., fr. Urbanus de Melico, fr. Thimotheus de Ungaria sunt interfecti; fr. Iacobus de Brunna l., cocus sollicitus, fr. Iuniperus de Kremnitia l., procurator exemplaris et bonus, fr. Philippus de Nuernberga l., socius eius, fr. Ioannes de Brunna cler., fr. Andreas de Puseill sac., fr. Alexius sac. de Austria, fr. Andreas de Lipto^{a)} 40 sac., quandoque guardianus, fr. Thimotheus, germanus eius, etiam guardianus et predicator, fr. Alexander de Styria sac., guardianus, fr. Arsenius de Bavaria sac., fr. Augustinus de Rheno sac., fr. Baptista de Ratisbona sac., fr. Innocentius de Stain sac., fr. Augustinus de Schlesia sac., fr. Philippus l. nov. Summa: 61.

Anni subscribuntur, sed loca duntaxat, in quibus subierunt, posita sunt:

Fr. Franc(iscus) de Neuburga cler. in loco Vienn., fr. Hieronymus de Hall sac., fr. Ioannes de Haedresz cler., fr. Nicolaus cocus l., fr. Georgius cler., fr. Ludovicus lutifigulus l., fr. Stephanus Stachl l. in eodem loco. Summa: 7.

In loco Noviburgensi²⁾: fr. Angelus de Spira cler. nov. in loco ibidem, fr. Pacificus de Ingelstatt cler., fr. Georgius de Ratisbona l., fr. Ludovicus de Schlesia cler., fr. Ioannes de Ratisbona, qui fuerat 50 sac. saecularis, devotus predicator et guardianus, a. d. 1454, fr. Ludovicus de Septem Castris l., fr. Ludo-

^{a)} Spatio vacuo relicto vox quaedam omissa est. inscripta est.

^{d)} Cod.

^{b)} Cod.

^{c)} Haec nota inferiori margini

¹⁾ Coenobium hoc ad b. virginem in Paradiso nuncupatum, in media Silva Vindobonensi constructum, a. 1529 a Turcis Solimanno duce Vindobonam obsidentibus solo aequatum est. ²⁾ In coenobio s. Iacobo 55 apostolo dedicato Claustroneoburgi.

vicus de Septem Castris cler., fr. Maurus de Schlesia cler., fr. Nicolaus sartor l., fr. Hieronymus de Franconia, ibidem guar(dian)us, fr. Udalricus de Neuberga sac., scriptor, fr. Nicolaus de Rheno sac. a Fulgenstatt^{a)}, fr. Patricius de Egenburga cler., fr. Simon de Austria l., barbitonsator, fr. Theowaldus pellifex l., fr. Ioannes de Bavaria cler., fr. Iuniperus cler., fr. Archangelus de Gorlitz, cler. purus et devotus et^{b)} tertius in ordine, fr. Egidius de Francona l. senex de tertia regula venit, fr. Gabriel de Ingolstat cler., fr. Lucas de Amstettn cler., fr. Egidius de Suevia l. sartor, fr. Fabianus de Bavaria l. sartor, fr. Marcus de Perewtt, dulcis conversationis predicator et pluribus locis guard(ian)us, fr. Iacobus de Moedling. sac. et p. venerabilis, saepe guardianus per plura loca, fr. Petrus de Mistlbach sac. activus, sepe^{c)} guar(dian)us, fr. Iacobus de Tachovia, sac. gloriosus, aliquando mag. noviorum, fr. Ioannes de Carnovia, sac. matorus, sepe guard(ian)us in pluribus expertus, fr. Caspar de Franconia sac., vir columbinę simplicitatis, fr. Georgius de Krembs l. utilis in eodem. Summa: 30.

In loco Paradisi: fr. Andreas de Retz, nobilis p. et in provincia precipuus eutrupalos ad bonos mores, aliquando commissarius Vienn. et alibi guard(ian)us in loco Paradisi, fr. Marianus de Dorffen, predicator habilis et bonę dispositionis, fr. Matthias de Somaria sac., fr. Sigismundus de Iarendorff sac., qui etiam fuit socius revⁱ pi^s Christophori Varisiensis ad Terram Sanctam et guard(ian)us S^o Radegundis, dum edificaretur, fr. Theowaldus de Franconia l. in eodem loco. Summa: 5.

In loco Entzerstorff¹⁾: fr. Germanus de Novo Foro, sac. devotissimus in loco primo, sepultus in loco Entzerstorff, fr. Peregrinus de Herbipoli, sac. devotus, cognomento Debilis, fr. Donatus de Crudis predicator, episcopus, fr. Vitus de Landshueta sac., fr. Antonius de Bavaria l. sartor. Summa: 5.

In loco s^o Radegundis²⁾: fr. Ioannes de Walperspach, J. perutilis et procurator ibidem in loco s^o Radegundis, fr. Ruffinus de Nuernberga l., fervidus ad commune bonum hortulanus, fr. Udalricus carnifex l., fidelis in commissis ibidem procurator, fr. Franc(ise)us, cler. bene doctus, fr. Florianus de Austria cler., fr. Ioseph de ludenburga l. civilis, prudens et bonus, fr. Ioannes de Austria cler., fr. Ioannes de Rastatt l., fr. Wolfgangus de Hertzberg sac., fr. Angelus de Orling ibidem et alibi guard(ian)us aptusque ad multos bonos labores et voluntarius ad laborandum pro communi bono, fr. Lucas de Ybs, fr. Ioanninus de Lusatia sac., fr. Laurentius de Paden sac. saecularis, post admodum devotus et alacer dei servus, fr. Rogerius de Austria l., fr. Caspar de Eystatt cler. zelosus, fr. Gregorius de Cepusio l. sartor, fr. Wilelmus de Styria l. Summa: 17.

In loco Sⁱ Hyppoliti³⁾: fr. Paulus de Gubem sac., vir bonus, quandoque guardianus, fr. Paulus de Anaso l., fr. Anselmus sac., scriptor, a Fulgenstatt^{d)}, fr. Michael de Croatia, sac. devotus, scriptor optimus aliarumque artium, scil(icet) pingendi, ferrum et ligna dolandi, peritus et ad laborandum pro communi bono promptissimus, fr. Ruffinus Hawg de Paden l., cocus bonus, qui fuerat olim ibidem ad thermas hospes plurimis gratus, ob. 1476, fr. Martinus de Schlesia sac. ob. in termino loci, scil(icet) Ybs, cum rediret de partibus suis ibidem infirmatus. Summa: 6.

In loco ludenburgensi⁴⁾: fr. Albertus de Ungaria cler. in loco Iudenburgensi, fr. Bernardinus cingulator l., fr. Caspar cler., fr. Franc(ise)us de Brabantia cler., fr. Udalricus de Waidhofen cler., fr. Vitalis de Rustbach sac. Summa: 6.

In loco Laukowitzensi⁵⁾: fr. Franc(ise)us de Ingelstatt, sac. et predicator, fr. Michael de Septem Castris, predicator doctus, qui mortem suam predixit, fr. Kilianus de Libera Civitate, predicator specialiter ingeniosus, fr. Ioseph de Rastatt sac., saecularium predicator sufficiens et conscientiosus, fr. Leo de Straubing sac., fr. Iacobus de Hartperg l. ob. in terminis in Leybnitz tempore pestis. Summa: 6.

In loco Gręcensi⁶⁾: fr. Petrus de Kremnitia, vir bonus et multum placidus, ibidem et alibi guard(ian)us in loco Graecensi, fr. Philippus de Inspruck, sac. et scriptor formalis et cantor bonus, fr. Federicus de Salice, predicator diligens et iucundus, fr. Bernardinus de Castovia sac., fr. Martinus de Schlesia, fr. Mockstus^{e)} de Patavia, cler. precipue devotus, fr. Vincentius de Czwettel l., cocus simplicianus, fr. Wolfgangus Groetscher l., nobilis quondam in armis exercitatus, fr. Paulus de Augusta l., olim calefactor imperatoris, fr. Ioannes de Wasserburg sac., cantor bonus et in choro sollicitus ex conventu, fr. Leonardus de Vienna, cler. antiquus cognomento Teufl, fr. Ioannes de Septem Castris, l. procurator, fr. Wolfgangus de Gumpkskuerchen, amator paupertatis. Summa: 13.

In loco Lewbsensi⁷⁾: fr. Valentinus sac., scriptor bonus, fr. Antonius de Mysna l. carpentarius, fr. Hermanus de Lypetz, cler. doctus, fr. Florianus cler., fr. Fabianus de Polonia cler., fr. Sebastianus de Polonia cler., fr. Matthias de Corona l. sartor, fr. Sylvanus Schratt de Lews cler., fr. Bartholomęus

a) Fulg^o cod. b) in et cod. c) sę cod. d) Fulg. cod. e) Cod. Forsan leg.: Modestus.

1) *Claustrum Enzersdorfense s. Mariae Magdalенаe dēdicatum erat.* 2) *In Katzelsdorf.* 3) *In coenobio ss. Maximiliano et Bernhardino dēdicato.*

4) *In coenobio s. Iohanni baptistae dēdicato.* 5) *Claustrum hoc s. Mariae de Gratiis dēdicatum erat.* 6) *Coenobium hoc extra muros civitatis constructum s. Leonardo dēdicatum erat.* 7) *Coenobium in Langenlois s. Bernhardino Senensi dēdicatum erat.*

de Tachonia cler., exultans migravit a saeculo, fr. Gregorius de Neuburga cler., fr. Matthias de Ctzips l. sartor, fr. Christophus de Austria l. sartor, fr. Urbanus de Schlesia l. sartor, fr. Blasius de Ingelstatt prædicator. Summa: 14.

In loco Egnburgensi¹⁾: fr. Leo de Voburg, sac. devotus, socius gratus revⁱ pi^o Cristophori, in loco Egenburgensi, fr. Antonius sac., fr. Stephanus de Ingelstatt l., fr. Paulus de Leypetz sac., fr. Stephanus sac., fr. Michael de Freinstatt, l. gloriosus et ibidem procurator, fr. Alexandrinus de Cepusio l. sartor, fr. Sebastianus de Iudnburga l., fr. Gratianus de Schlesia sac., fr. Bernardus de Ckuetzlpuchl cler. nov., fr. Protasius de Austria cler. Summa: 11.

In loco Puppingsi: fr. Udalricus de Mitterdorff l. sartor, fr. Laurentius de Velcklaprunck, l. laboriosus et bonus hortulanus, isti duo in loco Puppingsi. 10

Fr^{es} a. d. 1479 defuncti sunt: fr. Bonaventura de Bavaria, prædicator ferventissimus, tam populo quam clero acceptus, in guardianatu ob. Viennae, fuit vic. provinciae primus post divisionem a. d. 1467. Fr. Ioannes de Carnonia sac., fr. Ioannes de Septem Castris l., fr. Vincentius l., fr. Marcus de Pewrsz, fr. Alexander de Styria, fr. Udalricus l., fr. Christophorus cler., fr. Iacobus l., fr. Paulus de Suevia l., fr. Hieronymus de Franconia, fr. Laurentius sac., fr. Vitus de Landtsueta sac., fr. Antonius l. nov., 15 fr. Wolfgangus l., fr. Hieronymus sac., fr. Blasius sac. et prædicator, fr. Rogerius l., fr. Thimotheus de Lipto . . .^{a)} sac., fr. Bernardinus sac. in Graetz, fr. Antonius de Brunna l., fr. Andreas de Lipto . . .^{a)} Summa: 22.

A. d. 1480: fr. Marcus vic. generalis, fr. Thomas l., fr. Henricus sac., fr. Theowaldus l. nov., fr. Leo de Straubing sac., fr. Dionysius sac. prædicator, fr. Alexandrinus l., fr. Matthias de Sabaria sac., fr. Georgius cler. Viennae, fr. Vitus sac. Summa: 10. 20

A. d. 1481: fr. Sebastianus de Iudnburg l., fr. Ioannes l. in Entzerstorff, fr. Caspar de Achstettn sac., fr. Wilelmus l. S^o Radegundis. Summa: 4.

A. d. 1482: fr. Ioannes de Kremnitia l., sartor Vienn. devotus, fr. Augustinus de Krembs sac., proficiens prædicator in Entzerstorff, fr. Ignatius de Nuernberga sac. in Paradiso, fr. Clemens de Franconia, bonus cantor, sac. Viennae, fr. Fortunatus cler. in Paradiso, fr. Gabriel de Pfortzen sac. in Lews, fr. Sigismundus de Ungaria sac., fr. Antonius de Kreitznach sac., iuvenis prædicator in Entzerstorff, fr. Stephanus de Patavia l., fr. Franciscus de Ried cler. Egenburge, fr. Richardus de S^o Ypolito, sac. devotus, fr. Bonaventura cler. de Brixna, fr. Gabriel de Monaco cler. Noviburge, fr. Blasius de Schlesia sac. Noviburge, fr. Bernardus de Czwettel sac. Lews, fr. Ioannes de Ratisbona sac. Lews, fr. Oswaldus 30 de Schlavonia sac. Lews, fr. Paulus de Ybs sac., fr. Philippus l. uov. Summa: 19.

A. d. 1483: fr. Iacobus de Bavaria, sac. devotus, fr. Vitalis, scriptor Pupingensis, fr. Theowaldus l., nov. Vienn., fr. Michael de Septem Castris, prædicator doctus, qui mortem suam predixit, Lancowitzensis²⁾, fr. Marcus de Basileja, lector peritus ex conventu ad preces caesareæ maiestatis receptus, sac. Gratzensis, fr. Thomas de Peretnitz, rectus in via et sufficiens prædicator Viennæ, fr. Federicus 35 de Graetz cler. nov. in Graetz, fr. Virgilius de Nova Civitate, filius magⁱ Arnoldi causidici, sac. Puppingsis³⁾, fr. Ioannes de Herbipoli sac., prædicator fervens et bonus ex conventu Graecensi, fr. Leo de Drosndorff, sac. stimulator S^o Radegundis, fr. Latzarus de Parrewtt sac., bonus rubricarius, Puppingsis, fr. Conradus de Ingelstatt cler. Pupingensis, fr. Egydius de Vienna l., sartor Pupingensis, fr. Albertus de Franconia, sac. doctus et mag. artium in Noviburg, fr. Angelus de Everding cler. in Puppung, 40 Hylarius de Kuerchschlag, reginae cæli devotus præco et cancellarius, prædicator valens et optimus scripturarum interpres, in Puppung iuxta pulpitem in choro est sepultus, fr. Simon de Bavaria l. sartor in Pupung. Summa: 17.

A. d. 1484: fr. Gervasius de Bavaria sac., bonus ligator librorum, Viennae, fr. Greg(orius), carpentarius de Slesia l., in Paradiso, fr. Valentinus de Bavaria l., sartor senex et quandoque in societate 45 b. Ioannis Capistrani, Viennae, fr. Vitus de Gaeblyt l., olim socius et coqus b. fr^{is} Ioannis de Capistrano, Viennae, fr. Franciscus de Brunna sac. Viennæ, fr. Agapitus de Vienna sac. S^o Radegundis, fr. Colomannus l. Viennæ, fr. Theodoricus de Sueffring sac. in Paradiso. Summa: 8.

A. d. 1485: fr. Ioannes de Ingelstatt sac., expeditus scriptor et laborator, sepe guardianus, in Puppung, fr. Udalricus de Amberga sac. in Puppung, fr. Innocentius de Septem Castris cler. in Puppung, 50 fr. Otto de Nova Civitate l., sartor Viennae, fr. Iuniperus de Mysna l. Viennæ, fr. Andreas Stoeckl l., fr. Michael de Styria l., hortulanus Viennæ, fr. Anastasius de Anaso l., utilis præcipue ligando libros provinciae S^o Radegundis, fr. Bonaventura de Graetz cler. in Paradiso. Summa: 9.

^{a)} Cod.

¹⁾ *Clastrum Eggenburgense s. Mariae de Candelariis dedicatum erat.* ²⁾ *In Coenobio s. Mariae 55 de Gratiis Lancovizii in Styria dedicato.* ³⁾ *Coenobium Puppingsense in Austria Superiore s. Wolfgango dedicatum erat.*

A. d. 1486: fr. Bernardinus de Ingolstatt, zelantissimus religionis, excellentis doctrinae ac predicator etiam celeberrimus, qui Viennae ob. inter praedicandum circa medium quadragesimae, aliquando vicarius provinciae, fr. Marcellus de Libera Civitate, sac. purus et simplex, Viennę, fr. Alexius de Bavaria l., lapicida in Paradiso, fr. Thomas de Ctzwettel l., sartor in Pupping. Summa: 4.

5 A. d. 1487: fr. Sigismundus de Saltzburgo sac. Iudnburgensis, fr. Henricus de Corona l. carpentarius, fr. Stephanus de Septem Castris l. procurator, ambo Viennae, fr. Michael de Wels sac. Noviburugio, fr. Hypolytus de Tulna, sac. bonus et religiosus et saepe guard(ian)us in Puping, fr. Ioannes de Suevia sac. ex provincia Argentinę Viennę. Summa: 6.

10 A. d. 1488: fr. Angelus de Kurchslag, columna provinciae, vir utique multę experientię, qui pluries laudabiliter provinciam rexit in vicariatus officio et ob. in officio sui vicariatus vigilia apostolorum Philippi et Iacobi, sepultus in ecclesia iuxta p^{es} supra scriptos Bonaventuram^a) et Bernardinum^b) de Ingolstatt, fuit quoque in Terra Sancta, Viennae. Fr. Ioannes Biberschneider l., civ. ibidem et fr^{um} patronus, postea aetatis suae a. 80. ordinem ingressus comparatis domibus pro loco Sⁱ Hypolyti vixit in ordine 23 annis satis bene. Fr. Dominicus sac., virtute silentii et orationis preditus, Viennę, fr. Alexius de Nusdorff sac., quondam in seculo, sac. in senio ingressus, finivit laudabiliter Egnburge, fr. Pancratius l. nov. Viennę. Summa: 5.

A. d. 1489: fr. Fabianus de Ungaria, sac. anno superiori ad provinciam receptus est in generali capitulo, confessor Viennae, fr. Innocentius l. Viennae, fr. Andreas confessor d^{ae} Beatricis reginae Hungariae, plenus dierum, vir magnę perfectionis, frequenter in manu tenens opera Scoti ad legendum, 20 cui d^a regina fecit exequias maximo quondam apparatu et posuit in tumba duplici ante altare sⁱ Theobaldi, ut hodie cernitur, modo per reginam ad Ungariam devectus, Viennae. Fr. Bartholomęus de Retz sac., bonus cantor et rector, Viennae, fr. Andreas de Retz sac., predicator et vir utilis, Viennae, fr. Michael de Noviburga, cler. in Lews, fr. Daniel de Schlavonia l. Viennę, fr. Wolfgangus de Gumpelskuerchen l., fr. Iacobus de Sclesia sac., fr. Romanus de Styria l., fr. Nicolaus de Picardia cler., fr. 25 Eusebius de Rattnbang sac., gratia loquendi famosus, fr. Iacobus de Prussia, l. valde laboriosus, fr. Wolfgangus de Wels, cler. quondam conventualis, hii omnes Viennę. Fr. Baptista de Anaso sac. in Lancowitz. Summa: 15.

A. d. 1490: fr. Gratianus l. in Lancowitz, fr. Antonius de Anaso sac., bonus cantor, in Pupping, fr. Franciscus de Burgundia sac. in Ruedolphswerdt¹), fr. Ioannes de Colonia sac. in Puping, fr. Leonardus l. sartor Viennae, fr. Vincentius de Olmutz, optimus senex, Viennę, fr. Felicianus l., Viennę, fr. 30 Ioannes de Gmundtn sac., amator paupertatis et optimus confessor, fuit etiam in Terra Sancta, ob. in Rudolphswert, fr. Michel de Batavia sac. Lancowitzensis, fr. Antonius de Ingelstatt sac., frequenter guard(ian)us, predicator bonus, Viennae. Summa: 10.

A. d. 1491: fr. Michael de Lusatia diac. caecutiens hausit aquas in dicto loco usque ad mortem, 35 Noviburgi, fr. Andreas de Septem Castris l. Radegundis, fr. Christoffus de Staintz sac., guar(dian)us ibidem, optimus iurista, predicator et confessor, in loco Pupingensi, fr. Thomas de Mylldorff l., sartor in Lews, fr. Petrus de Gettsche l. in Labaco, fr. Mattheus de Lintz sac., predic(ator), Viennae, fr. Ioannes de Septem Castris sac., amator virg(inis) gloriose, vir devotus et pacificus, Sⁱ Ypolythi, fr. Cyprianus sac., predic(ator) et confessor, Viennę, fr. Remigius l., hortulanus, in Paradiso. Summa: 9.

40 A. d. 1492: fr. Marcellinus de Vienna sac. in Lews, fr. Colomannus sac. in Labaco, fr. Wolfgangus de Schwatz l. in Pupping, fr. Urbanus l. exemplaris vitę et cum magna charitate pluribus annis servivit infirmis Viennę, fr. Ioseph l., bonus cocus, Viennae, fr. Clemens de Amberga sac., vir magnae humilitatis, predic(ator), quandoque lector fr^{um} omnibus fr^{ibus} acceptus, ob. socius vicⁱⁱ existens Viennę, fr. Chrysanthus sac. Viennę, fr. Benedictus l. Viennę, fr. Bernardus l. in Lews. Summa: 9.

45 A. d. 1493: fr. Gregorius de Waidhoffen, devotus predic(ator), sac., zelator altissimae paupertatis, vir bonae conscientiae, in omnibus obediens exemplarisque vitae, Viennae. Fr. Iacobus de Lews, sac. devotissimus et humillimus, Egnburge, fr. Cesarius de Egra sac. in Lews, fr. Massęus de Franconia l., sartor bonus, in Pupping. Summa: 4.

A. d. 1494: fr. Conradus de Bavaria l. Iudnburgensis, fr. Eusebius sac. bene doctus, gratia affabilitatis praeditus, in Graetz, fr. Nicolaus sac. in Labaco²), fr. Wolfgangus de Weittra sac., vir devotus, Egnburge, fr. Andreas de Lews circiter 100 annorum, vir devotissimus, unus de electis primis lapidibus angularibus provinciae, orationis gratia singulariter clarus et praeditus, in provincia nondum divisa vic., ubi omnia loca pedester visitavit, sepius guar(dian)us, post miraculosam 10 dierum abstinentiam in sua infirmitate feliciter obdormivit Viennę. Fr. Marianus de Bavaria sac., sepius guard(ian)us et in 55 activa^c) bonus, Viennę, fr. Felix l., primus defunctus in Velsperg, fr. Raphael de Schlesia sac., prius can.

^a) Bonaventure cod. ^b) Bernardini cod. ^c) Sc.: vita.

¹) Coenobium in Rudolphswert in Carniola s. Leonardo dedicatum erat. ²) In coenobio s. Mariae in coelos assumptae Labaci dedicato in Carniola.

regularis ad S^{am} Dorotheam Viennae, fr. Georgius de Amstetten sac. in Graetz, fr. Francus de Slavonia sac. Vienne senex, fr. Antonius de Septem Castris l., fidelis laborator, Viennae, fr. Georgius Stachl l., socius quondam b. p^{is} nⁱ fr^{is} Ioannis de Capistrano, ab initio provinciae, dum potuit, multa apud sedem apostolicam obtinuit pro quiete locorum provinciae, feliciter in senectute obdormivit Sⁱ Ypolythi. Summa: 12.

A. d. 1495: fr. Seyfridus sac., vir utique devotus, frequenter guard(ian)us, in bona senectute decessit Viennae, fr. Otto de Prussia cler. Viennę, fr. Leopoldus de Francknweit l. Viennę, fr. Leo de Leiptzk sac. Iudenburgensis, fr. Albertus de Kreutznach sac. Vienn., fr. Udalricus Scharrer, mag. artium, Viennae, fr. Masseus l., hortulanus in Velsperig, fr. Caspar de Schlavonia, predicator in Labaco, fr. Longinus de Pozonio l. Viennę, fr. Udalricus de Monaco l. Vienn., fr. Marcus de Schlesia l., vir magnae devotionis et zelator paupertatis, multis annis cocus Viennę, fr. Walthasar de Warthoffen, guar(dian)us ibidem et alibi pluries, noviorum mag. bonus et devotus, in Lews, fr. Simon de Prawna sac. in Lews, fr. Panthaleon l. in Noviburgo, fr. Basilius de Entzerstorff cler. Radegundis, fr. Sigismundus de Prawna cler. Radegundis, fr. Benedictus de Lantzueta cler. Viennae, fr. Eusebius l. procurator Noviburgo, fr. Arsenius de Vienna nov., Noviburgo, fr. Vitus de Augusta l. in Entzerstorff, fr. Osaldus de Pulcka sac. 15 Noviburgo, fr. Michael de Monaco sac., predicator in eodem. fr. Colomanus de Gainostorff cler. Noviburgio, fr. Bernardus de Mysna sac. in Lews, fr. Augustinus de Hauslęthen l. Viennę, fr. Thomas de Freinstatt l., isti duo Viennę, fr. Thadęus de Saltzburga l. in Velsperg¹⁾, fr. Virgilius de Patavia cler., fr. Francus de Vienna nov. cler., isti duo in Noviburgio, fr. Felicianus de Lintz nov. cler. ibidem, fr. Udalricus de Sitich nov. cler., fr. Ioannes de Bamberga sac. in S^o Hypolyto, fr. Laurentius de Sculknaw 20 cler., fr. Ruffinus l. cocus in Egnburga, fr. Paulus de Wasserburg, sac. et predicator, Egnburgae, fr. Ludovicus de Sraetentall nov. cler. Egnburge, fr. Alexius nov. cler. Vienne, fr. Michael de Corniola cler. Vienne, fr. Dominicus l. et cocus Radegundis, fr. Martinus de Sevelden sac. in Paradiso, fr. Martinus de Prussia sac. in Paradiso, fr. Urbanus de Vienna cler. in Paradiso, fr. Erasmus de Styra cler. nov. in Paradiso, fr. Vincentius de Velknmark cler. nov. in Paradiso, fr. Thomas de Egnburga, qui in nivibus 25 obrutus ob., l. in Paradiso, fr. Ioannes de Stain cler. in Entzerstorff, fr. Faustinus de Suerndorff sac. in Velsperg, fr. Anastasius de Kuerchslag l. in Lews, fr. Iacobus de Tulna l. in Lews. Summa: 49.

A. d. 1496: fr. Angelus de Schoenstain sac. in Entzerstorff, fr. Hylarius sac. ante celebratas primitias ob. in Noviburgio, fr. Franciscus sac., sepe guardianus, mag. noviorum et exemplaris vitę, Noviburgio, fr. Erasmus de Austria sac. in Labaco, fr. Alexander de Pozonio sac., mag. artium Coloniensis, 30 duabus vicibus fuit vic. provinciae, predicator dulcis et devotus, sepius guardianus, lector iuvenum, multum fideliter laboravit pro provincia, vir magnę devotionis et exemplaris vitae, in Labaco, fr. Gallus l., qui ob. in Marpurga tempore vindemiarum, in Lancowitz, fr. Stephanus de Vienna l. Vienne, fr. Georgius de Muelldorff cler. nov. Viennae. Summa: 8.

A. d. 1497: fr. Severinus de Wels cler. in Puping, fr. Bernardinus de Batavia cler. Viennę, fr. 35 Ioseph de Anaso cler. nov., fr. Marcus de Vienna sac. in S^o Ypolito, fr. Wolfgangus de Landtsberg sac. in Lews, fr. Franciscus l. procurator in Labaco, fr. Otto de Prussia, sac. devotus, mortuus est in Wybach et sepultus in Reiffenberg, fr. Gregorius de Noerling cler. in Stain, fr. Caspar de Athesi cler. in Stain, fr. Cyprianus cler. in Graetz. Summa: 10.

A. d. 1498: fr. Valentinus de Septem Castris sac. Viennę, fr. Baptista de Turingia l. sartor Viennę, 40 fr. Florianus l. sartor, qui fuit leprosus, Viennę, fr. Vitus de Noviburga sac. in Labaco, fr. Porphyrius sac., bonus p., sepe guard(ian)us in Noviburgio, fr. Liberius sac. in Egenburge, fr. Georgius de Goldtsperg l. S^o Radegundis, fr. Bartholomęus de Mysna sac. in Stain, fr. Erhardus l. in Ruedolphswert. Summa: 9.

A. d. 1499: fr. Cassianus de Libera Civitate sac. in Labaco, fr. Iustinus de Schlavonia sac. Egen- 45 burge, fr. Bernardinus de Styria, sac. et confessor, Iudenburgae. Summa: 3.

A. d. 1500: fr. Michael de Mellico l. Vienne, fr. Hieronymus de Patavia sac. Viennae, fr. Bernardinus, fil. civis Prantstettner, mag. artium et noviorum, ob. Viennae, fr. Leopoldus l. in Graetz, fr. Petrus de Bavaria sac., sepe guardianus, bonus p., Viennę, fr. Antonius de Weissnbach l. Viennae, fr. Barnabas de Rein sac., bonus p., ob. Viennae, fr. Philippus de Schlavonia l., 12 annis captivus in Turcia, ut fertur, 50 Egenburge. Summa: 8.

A. d. 1501: fr. Sebastianus de Styria, sac. et confessarius gratus, sincerus p., in Graetz, fr. Alexander de Iglavia, cler. virtuosus, Viennae, fr. Procopius, virtuosus cler., Viennae, fr. Bernardus de Ingolstatt, l. utilis pro infirmis, in Graetz, fr. Erasmus l. et cocus religiosus in Graetz, fr. Procopius de Iglavia, sac. exemplaris vitae, predicator devotus et bonus mag. noviorum, oratione precipuus, in Graetz, fr. Iodocus 55 de Constantia cler. Viennę, fr. Albertus de Prussia sac., bonus scriptor, honestus senex devotus, Vienne. Summa: 8.

¹⁾ Coenobium Feldsbergense in Austria Inferiore s. Michaeli archangelo dedicatum erat.

A. d. 1502: fr. Iacobus de Vienna sac., bonus cantor, in Velsperg, fr. Matthias de Lews sac. in Egenburga, fr. Martinus sac., cap. Clanhoffer, in Labaco, fr. Bernardinus de Mistlbach, mag. et baccalaureus theologiae, guard(ian)us et prædicator, Viennae, fr. Cyprianus cler. in Puping, fr. Antonius l., faber et cocus, Neuburge, fr. Petrus de Suevia, devotarius maximus, Egenburge, fr. Vincentius de Laa sac., in curru descendens mortuus ad Viennam de Lews, fr. Bonaventura de Laa, mag. artium et nobilis olim officialis in Nova Civitate, predicator optimus et confessarius populo et clero gratus, etiam guard(ian)us, Viennae, fr. Prosper l. Viennae, fr. Petrus l. sartor Viennae, fr. Hypolytus de S^o Hypolyto sac., saepe guard(ian)us et mag. noviorum, vir bonae conscientiae et utilis et multoties diffinitor et optimus scriptor, Viennae, fr. Franciscus de Goettsche sac. in Graetz, fr. Basilius de Sacro Monte sac. et predicator gratus Lancowitz, fr. Angelus de Ingelstatt, sac. et doctor medicinarum, in Puping, fr. Stephanus de Bambergæ, sac. et procurator saecularibus gratus, in Leus, fr. Gregorius de Mellico, sac. et procurator, in Paradiso. Summa: 17.

A. d. 1503: fr. Cherubius de Saxonia, sac. et guard(ian)us, unus de primis p^{ib}us receptus a b. Capistrano, regularis observantiae zelator, Radegundis, fr. Martinus de Brunna sac. in Lews, fr. Erhardus de Rackelspurga sac., saepe sacristanus, in eodem loco simul sepultus, fr. Augustinus Ruffus cum magna voce et vic. loci in Graetz, fr. Iohannes de Horn l. in Lews, fr. Agapitus de Kaetzelstorff l., infirmis fidelis, Radegundis, fr. Seyfridus de Brixina cler. in Lancowitz, fr. Cherubinus de Neuburga sac. devotus et humilis p., saepe guard(ian)us et honeste vitæ, Vienne, fr. Paulus de Bambergæ, sac. et guard(ian)us, bonus et sincerus p., in Graetz, fr. Dionysius de Neukuerchen sac. Radegundis, fr. Ruffinus l. et sartor in Puping, fr. Lucas l. in Fridaw¹⁾, fr. Walthasar de Waidthoffen l. Viennae. Summa: 13. ♦

1439. 28. Aprilis fr. Fridericus Saxo. 12. Iunii fr. Bertholdus diac. 14. Iulii rev. p. Albertus Struz 25. Novembris fr. Rupertus cv. 15. Decembris rev. p. Erasmus.
1440. 27. Ianuarii rev. p. Udalricus. 29. Mai rev. p. Walterus. 19. Iulii rev. p. Ioannes Razenstemer. 27. Iulii fr. Hertwigus. Fr. Henricus cv. 14. Decembris rev. p. Henricus Leng prior.
1441. 11. Mai fr. Simon cv. 13. Angusti rev. p. Bitrolphus. Rev. p. Bernoldus. 35
1442. 29. Iunii rev. p. Hutbrandus.^{b)} 29. Decembris rev. p. Georgius Faldrer, theologiae mag., iubilarius annorum 98. 30. Decembris fr. Benedictus nov.
1443. 15. Septembris fr. Iiannes^{a)} Desteldorfer. 25. Septembris rev. p. Andreas Gaden lector, 7 vicibus prior. 20. Octobris rev. p. Otto Ploedner. 20. Decembris rev. p. Aegidius Gugken.
1444. 30. Iunii fr. Petrus cv. 13. Novembris rev. p. Georgius de Creuznah, sacrae theologiae bacca- 40 laureus. 8. Decembris fr. Nicolaus Hell nov.
1445. 20. Februarii fr. Georgius Sturbing. Rev. p. Albardus. 11. Aprilis fr. Henricus cv. 4. Septembris rev. p. Henricus de Colonia mag. 26. Novembris fr. Sebaldus diac.
1446. 3. Octobris fr. Matthias subdiac. 11. Octobris rev. p. Bernardus Truker.
1447. 8. Aprilis rev. p. Leonardus Huntepel, theologiae professor et haereticę pravitatis inquisitor. 45
1449. 20. Aprilis rev. p. Ioannes Egnolf, lector proficius conventui. 13. Octobris rev. p. Hubertus Leg, prior Tullensis.
1450. 5. Novembris rev. p. Erding. 25. Martii rev. p. Nicolaus Fridland. 26. Iunii fr. Petrus Ringlsteter cv. 8. Decembris rev. p. Nicinius Nicolai.
1451. 18. Mai rev. p. Michael Werder. 13. Iulii rev. p. Ioannes Raschel. 15. Novembris rev. p. Casparus ex nobili familia de Falkenstain, prior. 50
1452. 31. Mai rev. p. Henricus Fuchs, mag. theologiae. 12. Octobris rev. p. Ioannes Baptista supprior.
1453. 28. Octobris rev. p. Colomannus. 3. Novembris rev. p. Gervasius lector. 4. Novembris rev. p. Daniel de Buda.
1454. 3. Septembris rev. p. Ioannes Veltsperger. 19. Octobris rev. p. Vitus Merbold. 1. Novembris d. Raymundus eps. Argentinensis hic prof.^{c)} 2. Novembris fr. Georgius subdiac. 55

^{a)} *Sic liber.* ^{b)} *Verisimiliter corr.:* Lutbrandus.

^{c)} *Neque Gams, series episcoporum, neque Eubel, Hierarchia catholica hunc habet.*

1455. 18. Iulii rev. p. Georgius de Rott, theologiae mag., prior. 7. Augusti rev. p. Conradus a Castro lector. 27. Septembris rev. p. Wolfgangus Niemannt.
1456. 17. Mai rev. p. Ioannes Minichberger, prior in Bulsano, hic fil.
1457. 14. Ianuarii rev. p. Udalricus Teurer. 8. Mai rev. p. Conradus Molitoris. 12. Augusti fr. Vitus et fr. Leo, acc^l.
- 5 1459. 12. Ianuarii rev. p. Iacobus Celler. 10. Mai rev. p. Christianus Helbruner, primus h. c. baccalaureus formatus. 1. Iulii fr. Matthias Spiegl.
1460. 16. Novembris admodum rev. p. Ioannes Schilt, regens studii. 26. Decembris fr. Matthias de Ponto.
1461. 14. Septembris rev. p. Conradus Hebmhamer lector. 8. Decembris fr. Paulus Warth cv.
- 10 1463. 8. Octobris rev. p. Albertus Loich. 12. Decembris fr. Christianus cv.
1465. 8. Octobris fr. Michael Gegg diac. 12. Novembris rev. p. Eduardus.
1466. 6. Iunii fr. Udalricus Hupfer cv. 1. Augusti fr. Paulus Mitter subdiac.
1468. 1. Augusti fr. Vincentius et fr. Marcus, cv^l. 3. Decembris rev. p. Albertus Haider.
1470. 9. Februarii rev. p. Vincentius, prior in Tulna. 12. Iunii rev. p. Leonardus Lazari lector. 31. Iunii revⁱ p^{es} Marquardus et Andreas.
- 15 1471. 12. Februarii rev. p. Sigismundus. 22. Mai rev. p. Willibaldus Waidmann.
1472. 12. Martii rev. p. Thomas Derl, prior Tulnensis. 13. Mai rev. p. Sigismundus Krippel. 12. Aprilis rev. p. Ioannes Silber. 16. Novembris rev. p. Wenceslaus Topf.
1473. 29. Martii rev. p. Vincentius Stingl mag., vic. generalis conventus Teutonici, prof. hic. 24. Octobris fr. Henricus Sterz cv. Fr. Iacobus Hamerlin.
- 20 1475. 1. Martii rev. p. Michael Schnurer. 12. Iulii fr^{es} Ioannes Schloegl et fr. Adamus. 15. Iulii rev. p. Ignatius Converra.
1476. 23. Septembris fr. Wolfgangus Iungris. Rev. p. Ioannes Pols. 12. Septembris fr. Hermannus de Rott diac. 24. Septembris fr. Simon acc. 17. Decembris fr. Constantius Elig cv.
- 25 1479. 18. Februarii rev. p. Ioannes Alcher, confessarius Tulnensis. 20. Martii rev. p. Martinus Haerber. 8. Mai rev. p. Wolfgangus.
1480. 10. Octobris fr. Conradus Kissenpfening acc. 18. Octobris fr. Ioannes Kaiser. 15. Novembris rev. p. Georgius mag., prior Rezensis. 20. Decembris fr. Martinus Preimell acc.
1482. 3. Octobris fr. Henricus Kellner. 6. Octobris fr. Udalricus Spat cv. 12. Octobris rev. p. Luca Scharer.
- 30 1483. 20. Octobris rev. p. Hieronymus Stainer. 30. Octobris rev. p. Ludovicus Lomer. 15. Novembris rev. p. Georgius Naignkopf. 21. Novembris fr. Adam Cuper diac. Revⁱ p^{es} Bitrolphus et p. Lucas. 11. Decembris fr. Udalricus Pluntwurt.
1484. 2. Mai fr^{es} Wenceslaus et Ioannes, cv^l. 31. Iulii fr. Leopoldus Seltsam cv. 17. Septembris rev. p. Ioannes Feltmann. 18. Octobris rev. p. Pangratius, baccalaureus studii.
- 35 1486. 7. Ianuarii rev. p. Chrysostomus Haman, mag. et regens ac inquisitor haereseos. 11. Martii rev. p. Fridericus Passmann. 15. Mai fr. Ioannes Schlik cv. Fr. Ioannes Undangg. 13. Iunii rev. p. Reginaldus, professor sacrae paginae. 29. Iunii rev. p. Paulus Nider, mag. studii. Admodum rev. p. Leonardus, theologiae lector.
- 40 1488. 6. Februarii rev. p. Andreas Hagenauer. 22. Mai rev. p. Ioannes de Hamburgo. 9. Iulii rev. p. Martinus Crapinna prior. 24. Novembris fr. Bernardus cv. 24. Decembris rev. p. Iacobus Stubach mag., prior hic, tamen prolis Teutonice.
1490. 25. Ianuarii rev. p. Ioannes Fauster, prior in Tuln. 28. Ianuarii rev. p. Wolfgangus Flaugring. 21. Martii rev. p. Georgius Sumer. Rev. p. Georgius Lieb. 9. Augusti fr. Anselmus et fr. Iuniperus. 15. Decembris fr. Sebastianus Spoeegger.
- 45 1491. 25. Ianuarii rev. p. Ioannes Stêer, theologiae lector. Rev. p. Conradus Schildner. 3. Martii rev. p. Patritius Rampl. 3. Iulii rev. p. Kraus, theologiae baccalaureus.
1494. 22. Iulii rev. p. Nicolaus Kraus. 13. Augusti rev. p. Leonardus. 15. Septembris fr. Bernardus Polschov. 18. Octobris rev. p. Petrus Tremel.
- 50 1495. 22. Iunii fr. Martinus Hold cv. 9. Iulii fr. Georgius Prod acc.
1496. 31. Maii rev. p. Erasmus Peer, theologiae lector. 28. Iulii rev. p. Ioannes Rosa, prior hic. 31. Septembris fr. Martinus Kracher cv. 14. Novembris rev. p. Griesser, prior in Roetz.
1497. 5. Augusti rev. p. Rupertus Catrer. 6. Augusti rev. p. Ambrosius Woland. 15. Septembris rev. p. Paulus Herg, theologiae lector. 16. Septembris rev. p. Casparus Scharer. 18. Septembris fr. Vitus Stumpf cv.
- 55 1498. 8. Iulii rev. p. Paulus Kurbis, prior hic. 2. Septembris rev. p. Ioannes Sachs.
1499. 29. Martii Stephanus Sailer. 14. Septembris Ioannes Mair. 17. Novembris Ioannes Grapler.
1500. 17. Maii fr. Andreas Ritter diac. 10. Iulii fr. Marcus Pinna subdiac. 20. Iulii rev. p. Ioannes Leo lector. 26. Octobris rev. p. Udalericus Zegner, mag., prolis Teutonice, professor hic.

1501. 23. Ianuarii rev. p. Ioannes Perger. 16. Iunii rev. p. Daniel Epper. 6. Septembris rev. p. Ioannes Sprinsel. 10. Octobris fr. Ioannes Kornhamer.
1502. 23. Martii rev. p. Vincentius Altenhofer. 23. Aprilis rev. p. Georgius Astell. 4. Ianuarii rev. p. Sebastianus Spaeth. 20. Iulii rev. p. Wolfgangus baccalaureus. 22. Iulii rev. p. Stephanus. 16. Octobris rev. p. Thomas Sandner. 5
1503. 21. Aprilis fr. Stanislaus cv. 1. Maii fr. Sebastianus subdiac. 5. Maii fr. Ioannes Platzter. 18. Iunii rev. p. Christian Mayr.
1505. 4. Februarii fr. Ioannes Lang. 18. Aprilis fr. Ioannes Saurtaig cv. 24. Octobris rev. p. Ioannes Harer.
1506. 15. Ianuarii rev. p. Petrus Frui, prior Tulnensis. 4. Aprilis rev. p. Iiberius^{a)} Schwarz. 7. Augusti fr. Samuel Demel. 10
1507. 15. Martii rev. p. Mattbaeus Sadler. 8. Iunii fr. Thomas Wolfel cv. 4. Septembris fr. Wernerus acc. 21. Decembris rev. p. Leonardus.
1509. 17. Iunii fr. Iacobus^{a)} Prill cv. 19. Iulii rev. p. Paulus Walner. 12. Septembris rev. p. Conradus Briner. 15
1510. 29. Ianuarii rev. p. Wolfgangus Nider. 29. Aprilis rev. p. Ioannes Wert regens. 13. Maii fr. Ioannes Talker cv. 26. Iulii rev. p. Leo Teiss, mag. et prior. 9. Decembris rev. p. Ioannes Hemmer.
1511. 5. Novembris rev. p. Alexius Luzel mag., prior hic et inquisitor huius provinciae. 12. Decembris rev. p. Hugo de Hugone.
1512. 8. Februarii fr. Ioannes Koenig cv. 12. Aprilis rev. p. Iacobus Laebner. 22. Aprilis rev. p. Ioannes Steirer. 18. Maii Wolfgangus Velser. 20
1513. 20. Maii rev. p. Iacobus Dienst baccalaureus. 30. Maii rev. p. Nicolaus Eger, theologiae lector, prior in Frisaco. 5. Iunii rev. p. Martinus Riedmair. 23. Decembris rev. p. Dominicus Saur, theologiae lector.
1515. 20. Februarii rev. p. Georgius de Laa. 10. Iunii rev. p. Rupertus baccalaureus, prior Leobensis, Tulnensis et Viennae. 25
1517. 18. Aprilis rev. p. Pangratus Kraus. 28. Maii fr. Georgius Heilig cv. 31. Maii fr. Bernardus Gloz cv.
1518. 4. Augusti rev. p. Pruna, theologiae lector, iubilaris 95 annorum. 8. Augusti rev. p. Wornarius baccalaureus. 30
1519. 1. Ianuarii rev. p. Sigismundus Schrater. 15. Februarii rev. p. Dominicus Man, concionator 19 annorum. 19. Decembris rev. p. Henricus Eisenbamer.
1520. 5. Februarii rev. p. Matthias Freundorf. Rev. p. Erasmus Schultheis. 19. Iunii rev. p. Barthocarus Iltsnik. 4. Augusti fr. Michael Mezger cv. Rev. p. Iacobus Iung. 3. Septembris fr. Helias Fleischmacher. 35

^{a)} *Sic liber.*

NOTA NECROLOGICA DE DOCTORIBUS AC PROFESSORIBUS UNIVERSITATIS VINDOBONENSIS A. 1436 MORTUIS.

Nota haec codicis 4497 minoris formae chartacei in bibliotheca caesarea Vindobonensi reconditi folio 266^a tractatibus dogmaticis inserta continetur, qui saec. 15. ineunte scribi inceptus est. De qua copiosius disserui Neues Archiv XXXV, 737. Quam litteris maioribus exscribendam curavi atque hic primo in lucem edidi.

Explicit scribendo pariter et legendo in profesto sⁱ Nicolai¹⁾ scriptum huiusmodi et lectum in tertio libro sententiarum²⁾ a. d. 1436, cuius libri prefati inchoavi leccionem feria secunda immediate post octavas pasce a. (14)36. Attamen invalescente pestilentia anno predicto videlicet (14)36 adeo, quod de certo die una sepeliuntur 70 funera ante^{a)} assumptionis b. Virgine^{b)} 3), tunc Wyenne constituto pluribusque nobilibus suppositis universitatis protunc et paulo ante defunctis videlicet professore sacre pagine mag^o Petro Pirehenbart, in collegio ducis seniore regente ac lectore in theologia, preterea mag^o Chuenrado Heribst similiter doctore licet novo et non unius anni in theo(logia) et ordinis Predicatorum, sepulto in domo Predicatorum Wyenne. Ceterum mag. Urbanus de
10 Mellico, ecclesie sⁱ Stephani can. et in theo(logia) doctor, peste violentante vita fungi desiit aliis omissis tam mag^{is}, baccalariis quam scolaribus, viris moralissimis ac virtuosissimis, quorum felices cineres requiescant in pace. Postremo preceptis nature obtemperans debitumque eius persolvens mag. Iohannes Staedlaer de Lanczhueta, baccalarius formatus in theologia ac collegiatus in collegio ducis, epidimia tactus expiravit
15 in loco prescripto summo collegio, duobus et scolaribus mag^{orum} ibidem paucis intervenientibus diebus ex post turbulentum mare presentis seculi exierunt^{c)}, quibus attentis universitas solenniter congregata in doct(ori)bus et m(ag^{is}) conclusit, ut de ceteris videlicet a tempore paulo ante assumptionem Marie omnes actus scolastici, staciones pariter et consistoria universitatis penitus non fierent usque ad festum Cholomanni⁴⁾ aut, si expediat et videatur, per amplius huiusmodi actus suspenderentur. Quo concluso et habita
20 plena videlicet vacatione recessi post reverentiam meam in aula statim ad partes nativas die videlicet dominica immediate ante^{a)} assumptionis absentando me tredecim integris septimanis et die una. Postremo Wyennam redii feria tertia post^{a)} Elizabeth⁵⁾ inveniens

^{a)} Sc.: festum.

^{b)} Corr.: virginis.

^{c)} Corrig.: exeuntibus = mortuis.

¹⁾ Dec. 5.

²⁾ Petri Lombardi.

³⁾ Aug. 15.

⁴⁾ Oct. 13.

⁵⁾ Nov. 20.

tantum quattuor collegiatis presentes adhuc, cum quibus ego quintus, toto enim tempore a suspensione leccionum et post recessum meum dumtaxat unus mag^{orum} collegio preerat omnibus aliis absentibus usque ad^{a)} Cholomanni. In festo autem Katherine¹⁾ congregabatur universitas in suppositis^{b)} ac doctoribus ac mag^{is} et pro tunc eligebantur primo omnes universitatis officiales ac eadem die^{c)} . . . et ex post continuabantur lecciones in omnibus facultatibus.

^{a)} *Sc. festum.* ^{b)} *Lectio incerta.* ^{c)} *Folio resecto cetera legi nequeunt.*

¹⁾ *Nov. 25.*

MONUMENTA NECROLOGICA MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

Monasterii Scotorum celeberrimi, quod a. 1158 Henricus I. dux Austriae, Iasomirgott cognomine appellatus, monachis s. Benedicti regulam profitentibus, ex Hibernia atque Scotia ortis, Vindobonae fundavit, medii aevi necrologia nunc sane reperiri nequeunt (cf. Neues Archiv XXXV, 735).

1. *Nostris tantum exstat diebus exemplar a memoriae venerabilis viro P. Hieronymo Pezio, monacho Mellicensi, typis exscriptum (Scriptores rerum Austriacarum I, 700 seqq.), quo ipse necrologium in coenobii Mariaecellensis nunc sublata bibliotheca quondam conservatum vulgavit. Cuius in prooemio auctor necrologii Scotorum codicem alterum in bibliotheca caesarea Vindobonensi asservari, ut eum P. Bernardus Pezius germanus eius certa ex fama edocuit, mentionem infert. Sed iam ab auctore satis priore Iohanne Raschio a. circiter 1584 Scotorum necrologium ex quodam codice eorum publici iuris factum est, cui editioni titulus: „Mortilogus capituli Scotensis et anniversarii monasterialis calendarium defunctorum“ praefigitur, quacum Pezii editionem fere totam congruere nemo nescit.*

Praeterea duae necrologii recensiones in huius coenobii tabulario conditae, altera saec. 17., altera saec. 18. confecta nunc exstant, quae nullius fere momenti tamen censenda sunt, praesertim cum abbatum monasterii medio aevo defunctorum tantum nomina et quidem commemorationis causa obitus dierum ratione neutiquam habita inscripta sunt, quapropter illas plane neglexi atque Pezii editionem hic repetii.

2. *Notas quoque necrologicas saec. 15., circa a. 1468 descriptas, quas codex 405 Scotorum bibliothecae Vindobonensis chartaceus, 55, G, 16 signatus, saec. 15. exeunte descriptus in foliis 99b—101a continet, hic primum exaratas addidi.*

3. *Oblationum et anniversariorum monasterii Scotorum liber codice maioris formae membranaceo in eiusdem monasterii tabulario recondito continetur, qui ex parte vitiose „liber foundationum antiquiorum et benefactorum“ inscriptus, saeculo 15. exaratus est. Hic liber, qui Scrin. 103 Nr. 1 signatus est, medio saeculo 15. a pluribus librariis iussu Iohannis Scotorum abbatis compositus paginis 35—51 privilegium Narcissi ad S. Stephanum canonici notationesque comprehendit, quae anniversariorum foundationes hucusque factas descripserunt. Notationes vero praepriis a Martino Scotorum abbate aliisque librariis usque ad saeculi 15. exitum continuatae sunt. Quem librum quondam Georgius Zappert ex parte primus in lucem edidit (cf. Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissensch. XIII, p. 97—118 „Über das Fragment eines Liber dativus“) atque illum continuationem cuiusdam libri dativi saeculo 12. aut 13. exarati esse censuit, cuius fragmentum saeculo 15. descriptum se investigasse professus est. At Carolus Uhlirz hanc editionem re diligenter perpensa commentariis suis criticis (Gesch. der Stadt Wien II, 2, 592 n. 1) aggressus est atque eundem auctorem hoc fragmentum adulterasse asseverat.*

Ut librariorum diversorum manus in editione discernere, quae primus librarius scripsit, litteris maioribus, continuationes vero librariorum variorum sequentes litteris maioribus uncis inclusis typis curavi exscribendas.

Necrologium ipsum litteris minutis, notas vero necrologicas litteris maioribus describendo distinguo.

Viro clarissimo, doctori P. Alberto Hübl, bibliothecae Scotorum custodi optime merito, hoc etiam loco gratias ago debitas.

1. NECROLOGIUM MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

IANUARIUS.

1. kal. Leonardi mⁱ Ulricensis in Augusta, qui scivit 70 scripturas formare et plures.
6. VIII. id. Petri de Rosenhaym mⁱ Mellicensis, qui bibliam metricè composuit, 1464.
8. VI. id. Finani abb^{is} nⁱ 1195. Nicolai abb^{is} Mariaecellensis.¹⁾
9. V. id. Sanctini abb^{is} nⁱ 1169. Iohannis abb^{is} Sⁱ Lamberti.²⁾
12. II. id. Maximiliani I. caesaris.³⁾
13. id. Haynrici Iohsamergot⁴⁾, fundatoris nⁱ, et ux^{is} anniv.
14. XIX. kal. Haynrici ducis.⁵⁾ Friderici regis Romanorum.⁶⁾
20. XIII. kal. Dominica ante conversionem Pauli anniv. Scyfridi de Piesten civ. Vienn., com^{is} camerae in Schemniz, et Ursulae ux^{is}, qui testati sunt mon^{io} 100 florenos.
26. VII. kal. Ottonis imperatoris.⁷⁾
28. V. kal. Berhardi suffraganei Patav.⁸⁾
31. II. kal. Hemmae reginae Bavariae.⁹⁾

FEBRUARIUS.

2. IV. non. Conradi abb^{is} Ulricensis Augustae.
3. III. non. Ludovici caesaris.¹⁰⁾
4. II. non. Alberti ducis Bavariae, canⁱ et pbrⁱ ad S^{um} Hypolitum. Item Mercardis martyrisatae in cemeterio hoc.
7. VII. id. Anniv. Bernhardi de Haselau et Margaretæ ux^{is} de Ekhardsau, qui testati sunt mon^{io} domum Franauer ex opposito ecclesiae.
13. id. Alberti abb^{is} nⁱ 1401.
17. XIII. kal. Petri epⁱ Neustadiensis¹¹⁾ in Austria.
19. XI. kal. Anniv. Christanni mil^{is} de Daehenstain, Gibergis ux^{is} et Bernhardi filii eorum. Pro his, sicut pro fundatore orabatur singulis concionibus per totum annum.
24. VI. kal. Friderici abb^{is} Mellicensis.¹²⁾
26. IV. kal. Leopoldi ducis Austriae¹³⁾ filii Alberti regis.
27. III. kal. Iodoci abb^{is} Mariaecellensis.¹⁴⁾

MARTIUS.

5. III. non. Pauli abb^{is} Lambacensis.¹⁵⁾
6. II. non. Angeli abb^{is} Formbacensis.¹⁶⁾
10. VI. id. Christiani de Daebenstain et Gilburg ux^{is} alter anniv.
12. IV. id. S^{um} Gregorium patronum e. h. solenniter celebrat conventus.
13. III. id. Erhardi de Stira abb^{is} Gottwicensis.¹⁷⁾ Barbarae de Bucchaym.
14. II. id. Nicolai Dinkelspuehel¹⁸⁾ doctoris theologiae.
17. XVI. kal. Gregorii abb^{is} nⁱ 1202.
18. XV. kal. Constantiae mag^{ae} monⁱⁱ s^{ae} Magdalenae extra portam Scotorum Viennae.

¹⁾ 1506—1514. ²⁾ 1342—1358, ob. Ian. 10. ³⁾ Ob. a. 1519. ⁴⁾ 1141—1177. ⁵⁾ Quo pertineat, non constat. ⁶⁾ Fridericus III., 1314—1330, sed ob. Ian. 13. ⁷⁾ Otto III. ob. a. 1002, sed Ian. 23. ⁸⁾ Ob. 12. Ian. 1526. ⁹⁾ Ux. Ludovici Germani ob. a. 876. ¹⁰⁾ Dies anniversarius ad quemquam regum aut imperatorum huius nominis referri nequit. ¹¹⁾ Petrus Engelbert 1477—1491. ¹²⁾ Ob. 24. Febr. 1378. ¹³⁾ Ob. a. 1326, sed Febr. 28. ¹⁴⁾ 1514—1518. ¹⁵⁾ Ob. a. 1514, sed Mart. 6. ¹⁶⁾ 1501—1513. ¹⁷⁾ 1481—1489. ¹⁸⁾ Ob. a. 1499.

19. XIV. kal. Benedicti abb^{is} Lunaelacensis¹⁾ reparatoris sui monⁱⁱ, qui in die sⁱ Benedicti et natus, m., pbr. et abb. factus et mortuus est.
 23. X. kal. Eugeniae dec^{ae} S^{ae} Magdalenae.
 28. V. kal. Caesarii abb^{is}.

APRILIS.

5. id. Richizae ducissae.
 16. XVI. kal. Friderici ducis Austriae.²⁾
 17. XV. kal. Kiliani abb^{is} Seitenstetensis.³⁾
 18. XIV. kal. Viti abb^{is} Eberspergensis in Bavaria.⁴⁾
 19. XIII. kal. Placidi abb^{is} nⁱ.⁵⁾ Blanchae ducissae.
 23. IX. kal. Bartholomei pposⁱ ad S^{um} Hypolitum.⁶⁾

MAIUS.

2. VI. non. Alberti caesaris⁷⁾ et Elisabethae ux^{is}, de quibus datur nobis sal de Halstat.
 10. VI. id. Iohannis abb^{is} Mellicensis.⁸⁾
 13. III. id. Anniv. famulae n^{ae} Mundolfing, quae aliquot 100 florenos nobis reliquit.
 14. II. id. Kunigundis de Mistelbach.
 21. XII. kal. Petri Caputii cardinalis.
 22. XI. kal. Donati abb^{is} nⁱ 1380. Sigonae abb^{ae} Sⁱ Nicolai extra Portam Stubarum Viennae.
 24. IX. kal. Wilhelmi abb^{is} nⁱ 1439.
 25. VIII. kal. Michaelis com^{is} a Maydberg, et debent 12 panes (herrenlaeubel) dari pauperibus et fr^{ibus} ferculum piscium.

IUNIUS.

1. kal. Anniv. Iohannis Polzmacher doctoris, pposⁱ Brunnensis, qui legavit nobis bibliothecam suam, libros praesertim iuridicos, in membrana scriptos.
 6. VIII. id. Conradi caesaris.⁹⁾ Alberti ducis.¹⁰⁾
 13. id. Stephani Kolb abb^{is} nⁱ.¹¹⁾ Leonhardi abb^{is} Kremsmuensterensis.¹²⁾
 16. XVI. kal. Friderici caesaris et Arnesti marchionis Austriae.¹³⁾
 17. XV. kal. Arnesti archiducis Austriae et ducis Stiriae.¹⁴⁾
 23. IX. kal. Hainrici marchionis Austriae¹⁵⁾, qui s^{um} Colomannum ad Mellicum attulit.
 25. VII. kal. Pauli Meigsner, qui testatus (est) mon^{io} 100 florenos et crucem auream parvam.
 27. V. kal. Sebastiani abb^{is} Eberspergensis.¹⁶⁾
 28. IV. kal. Iohannis abb^{is} nⁱ.¹⁷⁾
 29. III. kal. Iohannis Keck doctoris et mⁱ in Tegernsee.

IULIUS.

1. kal. Nicolai pposⁱ S^{ae} Dorotheae Viennae.
 13. III. id. Matthiae abb^{is} Gotwicensis¹⁸⁾ et Symonis abb^{is} Salzburgensis.¹⁹⁾
 15. id. Wilhelmi ducis Austriae.²⁰⁾
 22. XI. kal. Stephani abb^{is} Mellicensis.²¹⁾
 27. VI. kal. Leopoldi II. ducis Austriae et Stiriae.²²⁾
 29. IV. kal. Martini abb^{is} nⁱ 1455.
 30. III. kal. Christianni abb^{is} Mellicensis.²³⁾

AUGUSTUS.

1. kal. Rudolphi ducis Austriae.²⁴⁾
 5. non. Iohannis Stistersdorfer abb^{is} Mellicensis.²⁵⁾

¹⁾ Ob. a. 1499 Mart. 21. ²⁾ Fridericus I. dux Austriae ob. a. 1198. ³⁾ Ob. a. 1501.
⁴⁾ Ob. a. 1512. De die obitus dissentiunt. ⁵⁾ Ob. a. 1500. ⁶⁾ Ob. a. 1515. ⁷⁾ Albertus I., occisus a. 1308, sed Mai. 1. ⁸⁾ Iohannes IV. ob. a. 1474. De die obitus dissentiunt. ⁹⁾ Ob. a. 1039, sed Iun. 4.
¹⁰⁾ Dies anniv. ad nullum ducem referri potest. ¹¹⁾ 1479—1482. ¹²⁾ 1524—1526, sed ob. Iun. 6.
¹³⁾ Fridericus I. imp. († 1190) et Ernestus marchio († 1075), quorum tamen uterque ob. Iun. 10. ¹⁴⁾ Ob. a. 1424, sed Iun. 10. ¹⁵⁾ Henricus I. Austriae marchio ob. a. 1018. ¹⁶⁾ Ob. a. 1504. De die obitus dissentiunt. ¹⁷⁾ 1486—1500. ¹⁸⁾ Ob. a. 1507, sed Iul. 11. ¹⁹⁾ Ob. 1525, sed Iul. 14. ²⁰⁾ Ob. a. 1406, sed Iul. 11. ²¹⁾ Stephanus de Spanberg (Spangenberg) 1451—1453. ²²⁾ Ob. a. 1230.
²³⁾ 1433—1451. ²⁴⁾ Rudolfus IV. ob. a. 1365, sed Iul. 27. ²⁵⁾ 1497—1504.

8. VI. id. Nicolai ex Respiz Austriaci mag¹, primi ex Germanis abb^{is} et reformatoris n¹ 1428 post Scotos.
10. IV. id. Leopoldi ducis.¹⁾
12. II. id. Iacobi Paemperl pposⁱ Neuburgensis.
14. XIX. kal. Leopoldi ducis Austriae.²⁾
16. XVII. kal. Leonhardi Kuku can¹ S^{ae} Dorotheae.
17. XVI. kal. Galli abb^{is} n¹ 1486. Iohannis abb^{is} Mariaeccellensis.³⁾
18. XV. kal. Donaldi abb^{is} n¹ 1392. Friderici III. caesaris.⁴⁾
21. XII. kal. Christophori abb^{is} Mariaeccellensis.⁵⁾
22. XI. kal. Leonhardi abb^{is} Mellicensis.⁶⁾
23. X. kal. Sebastiani abb^{is} Gotwicensis.⁷⁾
24. IX. kal. Haynrici caesaris.⁸⁾
25. VIII. kal. Bertholdi de Mangen hubarum mag¹ in Austria, magni fautoris n¹ et benefactoris n¹.
29. IV. kal. Alberti ducis Austriae⁹⁾, fundatoris carthusiae Gaemingensis.
30. III. kal. Haynrici abb^{is} n¹ 1343.

SEPTEMBER.

5. non. Thomae abb^{is} Campi Liliorum.¹⁰⁾
8. VI. id. Benedicti Chelidonii abb^{is} n¹ 1521. Est hac die patrociniū e. h. Rector et tota academia processionaliter et etiam lⁱ aliunde advenientes stationem habuerunt olim hic apud imaginem b. virginis, de cuius miraculis seorsum scribetur.
12. II. id. Memoria occisorum.
13. id. Alberti ducis Austriae.¹¹⁾
14. XVIII. kal. Chunradi abb^{is} n¹ 1541.
15. XVII. kal. Ludovici abb^{is} Mellicensis.¹²⁾
16. XVI. kal. Mauricii abb^{is} n¹.¹³⁾
22. X. kal. Wenceslai regis.¹⁴⁾
23. IX. kal. Hermanni Haesler et ux^{is}, qui ad hoc dedit 200 florenos pro vinca Resinger.

OCTOBER.

4. IV. non. Hermanni ducis Austriae.¹⁵⁾
5. III. non. Hainrici caesaris.¹⁶⁾
6. II. non. B. Adalberonis^{a)} epⁱ Wirzburgensis, com^{is} a Lambach^{b)} et Scherding, fundatoris Lambacensis, ibi sepulti 1088. (Ob. 1090.)
10. VI. id. Leonhardi Suss, qui erexit et decoravit altare s^{ae} Crucis.
12. IV. id. Leopoldi marchionis¹⁷⁾, fundatoris Mellicensis.
13. III. id. Matthiae de Znoym abb^{is} Gotwicensis.¹⁸⁾
14. II. id. Alberti ducis Austriae.^{c)}¹⁹⁾
15. id. Wolfgangi abb^{is} Mellicensis²⁰⁾, carthusiani in Axsbach.
16. XVII. kal. Michaelis abb^{is} n¹ 1527.
17. XVI. kal. Wilhelmi abb^{is} n¹.²¹⁾
18. XV. kal. Leopoldi ducis Bavariae²²⁾, filii sⁱ Leopoldi.
19. XIV. kal. Iohannis abb^{is} n¹, ex Mellico postulati, et Andreae abb^{is} Seitenstetensis.
21. XII. kal. Haynrici ducis.²³⁾
24. IX. kal. Iohannis abb^{is} n¹, theologiae professoris 1467. Leopoldi marchionis Stiriae.²⁴⁾
26. VII. kal. Martini abb^{is} n¹ 1418.
27. VI. kal. Alberti caesaris²⁵⁾, ducis Austriae, regis Ungariae, p^{is} Ladislai regis.

^{a)} Adalberti *cod.*^{b)} Laymbach *cod.*^{c)} *Ex mortilogi Iohannis Raschii editione expletum.*

¹⁾ Ob. a. 1344. ²⁾ Quo pertineat, non constat. ³⁾ Iohannes V. 1475—1486. ⁴⁾ Ob. a. 1493, sed Aug. 19. ⁵⁾ Ob. 1524. ⁶⁾ Ob. 1433, sed Aug. 23. ⁷⁾ 1507—1516. ⁸⁾ Henricus VII. ob. a. 1313. ⁹⁾ Albertus III. ob. a. 1395. ¹⁰⁾ Ob. 1499, sed Sept. 3. ¹¹⁾ Albertus IV. ob. a. 1404, sed Sept. 14. ¹²⁾ Ludovicus III. 1474—1480. ¹³⁾ 1320—1337. ¹⁴⁾ Wenceslaus I. Bohemiae rex ob. a. 1253. ¹⁵⁾ Ob. 1250. ¹⁶⁾ Henricus III. ob. a. 1056. ¹⁷⁾ Liupoldus II. ob. a. 1096, sed Dec. 12. ¹⁸⁾ Ob. 1532. ¹⁹⁾ Cf. ad Iun. 6. ²⁰⁾ Wolfgangus I. Schaffennrath dictus 1483—1497. ²¹⁾ Forsan Guilelmus III. 1348—1349? ²²⁾ Ob. a. 1141. ²³⁾ Fort. fil. Alberti primi, qui ob. a. 1327. Cf. Decemb. 28. ²⁴⁾ Ob. a. 1129. ²⁵⁾ Albertus II. ob. a. 1439.

NOVEMBER.

1. kal. Haynrici abb^{is} Seitenstetensis, hic sepulti.¹⁾
 6. VIII. id. Leonhardi abb^{is} nⁱ.²⁾
 8. VI. id. Alberti marchionis³⁾, filii Leopoldi.
 9. V. id. Augnstini abb^{is} Mariaecellensis.⁴⁾
 12. II. id. Iohannis Ernst anniv. Pro hoc dantur annuatim 3 floreni de domo iuxta waghhaus, I florenus ad sacristiam pro laboribus, 1 florenus pro missis, 1 florenus pro carnibus et panibus panperibus distribuendis. Sed nunc sacristanus totum recipit pro conventu, quia etiam et nos mⁱ pauperes sumus in d^o licet sine defectu et mendicatione ex libro capitulari.
 17. XV. kal. Wilhelmi abb^{is} nⁱ.⁵⁾
 18. XIV. kal. Sigismundi abb^{is} Mellicensis.⁶⁾
 21. XI. kal. Udalrici abb^{is} nⁱ 1204.
 22. X. kal. Ladislai filii regis Alberti.⁷⁾
 28. IV. kal. Stephani pposⁱ S^{ae} Dorotheae.
 29. III. kal. Symonis pposⁱ Neuburgensis.

DECEMBER.

2. IV. non. Virgiliti abb^{is} Salzburgensis.⁸⁾
 3. III. non. Philippi Mair et Elisabethae ux^{is}, pro quo anniv^{io} dedit nobis molendinum auf der Blaich.
 7. VII. id. In Mellico s^{ae} crucis miraculosae inventionis hic apud Scotos Viennae.
 9. V. id. Iohannis abb^{is} Kremsminsteriensis.⁹⁾
 10. IV. id. Friderici ducis Austriae.¹⁰⁾
 11. III. id. Tessilonis ducis Bavariae, mⁱ in Kremsminster, quod fundavit.¹¹⁾
 25. VIII. kal. Nicolai abb^{is} et reformatoris Mellicensis 1526.
 26. VII. kal. Laurentii abb^{is} Gotwicensis.¹²⁾
 27. VI. kal. Petri abb^{is} Gotwicensis.¹³⁾
 28. V. kal. Hainrici ducis Austriae.¹⁴⁾
 31. II. kal. Leopoldi ducis Austriae.¹⁵⁾

2. NOTAE NECROLOGICAE MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

A. d. 1426 ob. abb. Nicolaus Mellicensis sub matutinali officio Wyenne et quando prima missa incipiebatur in die nativitat^{is} dⁱ (Dec. 25). Similiter et p. suus carnalis eadem nocte moriebatur, et ambo ducti sunt Medklicum et ibi sepulti.

A. d. 1428 ob. abb. Nicolaus¹⁶⁾, primus reformator post discessum Scotorum in vigilia sⁱ Laurentii, de Austria et de Respicz (Aug. 9).

A. d. 1446 ob. d. Iohannes abb.¹⁷⁾ de Uxenhusen de Swevia de Medliko, electus successor eius in vigilia sⁱ Luce (Oct. 17).

A. d. 1464 ob. ven^{is} d. senior, quondam abb. Martinus¹⁸⁾ nominatus de Ungaria de Cypczsch, in die s^{orum} martyrum Nazarii, Celsi, Victoris et Innocencii (Iul. 28).

1) Ob. 1532. 2) 1475—1479. 3) Ob. a. 1137, sed Nov. 9. 4) Ob. a. 1505. 5) Ob. a. 1349.

6) 1504—1529. 7) Ob. a. 1457 Nov. 23. 8) Ob. a. 1502, sed Dec. 9. 9) Ob. 1524. 10) Filius

Alberti II. ducis Austriae. Ob. 1362. 11) Annus quo obiit non constat. 12) 1468—1481. 13) 1402—1431,

14) Cf. ad Oct. 21. 15) Ob. a. 1194. 16) Nicolaus III. 1418—1428. 17) Iohan-

nes V. 1428—1446. 18) abbas a. 1446—1464.

Item secuntur ceteri fr^{es} post eos defuncti: Ladislaus prior de Ungaria Scolhi^a), fr. Georgius de Slesia sac., fr. Iodocus dyac. de Swevia, fr. Patricius sac. de Scotia, fr. Haynricus sac. de Bawaria, fr. Herhardus cv. de Austria, fr. Clemens sac. de Slesia, fr. Leonardus sac. de Bawaria, fr. Martinus sac. de Mysna, ob. fr. Iohannes de Lewcza de Ungaria sac., fr. Michael sac. de Austria, fr. Georgius cv. primus de Moravia, fr. Iohannes de Ratispona de Bawaria, fr. Otto sac. de Bawaria.

A. d. 1466 descripti sunt predicti defuncti fr^{es} vacante abbacia Scotorum Wyenne, sed deo dante nunc electus abb. Iohannes de Lambaco consensit in electionem, mag. in theologia: fr. Iohannes sacristanus de Swevia et de Byblingyn, Stephanus prior de Austria sac. et de Wyenna mag. in artibus, fr. Silvester sac. de Austria, fr. Balthasar 10 sac. de Bawaria, fr. Thomas cv. de Moravia, fr. Thomas sac. de Ungaria et scholavus^b), fr. Iohannes de Slesia sac., fr. Fridericus sac. de Austria, sepultus in Pulka, fr. Conradus sac. de Bawaria. Inclusi autem sunt isti: fr. Iohannes lapicida^c) cv. de Bavaria. Fr. Iodocus sac. de Franconia, fr. Placidus^d) de Slesia cv., fr. Symon de Austria sac.

Infrascripti extra mon. sunt sepulti: fr. Michael cv. de Austria, fr. Wolfgangus sac. 15 de Austria, fr. Bernardus sac. de Austria et de Wyenna, fr. Benedictus de Bavaria, factus abb. in Seytensteten^e)¹), fr. Vitus sac. de Austria, fr. Andreas sac. de Bavaria, fr. Augustinus de Franconia, fr. Nicolaus cv., fr. Iohannes de Constancia et ibi abb. factus et leprosus, fr. Conradus de Uxenhuseu sac. et de Franconia, fr. Paulus de Ungaria et scholavus^b) et sac. et fr. Philippus sac. de Bavaria. 20

A. d. 1467 ob. p. prior Basilius ante professionem vocatus Iohannes et eodem tempore in eadem pestilencia ob. fr. Petrus nov. de Novo dolio.

A. d. 1468 ob. d. Iohannes abb. et mag. in theologia de Lambaco, item fr. Iohannes in Pulka. Item a. d. tempore Mathye abb^{is} 1468 ob. fr. Iacobus cv. infra octavam nati-
vitat^{is} Marie (Sept. 8—15). Item ob. fr. Hainricus in die omnium animarum (Novemb. 2) 25
in Monte Cassino prof. Item a. d. tempore Mathye abb^{is} ob. fr. Anthonius sac. sabbato
in vigilia natiuitatis dⁱ.

3. LIBER OBLATIONUM ET ANNIVERSARIORUM MONASTERII SCOTORUM VINDOBONENSIS.

In nomine domini; amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo 30
quadragésimo secundo, indictione quinta, die vero lune tredecima mensis Augusti hora
vesperorum vel quasi sacro Basiliensi durante concilio Wienne in monasterio beate Marie
virginis Scotorum ordinis sⁱ Benedicti Patav. diocesis in edificio abaciali in mei notarii
publici et testium presencia subscriptorum venerandus in Christo p. et d., d. Iohannes 35
abb. eiusdem mon^h suo et conventus sui nominibus litteras commissionis revⁱ in Christo
pi^{is} et dⁱ, dⁱ Leonardi Patav. epⁱ in favorem ipsorum datas et concessas ac venerabili
et egregio arcium liberalium et sacre pagine professori, mag^o Narcisso de Perching
directas ibidem constituto presentavit, quas idem cum reverencia debita recepit huius-
modi sub tenore: Leonardus dei gracia eps. Patav.²) egregio in Christo sincere dilecto
mag^o Narcisso de Perching sacre pagine doctore, ecclesie collegiate sⁱ Stephani Wienne 40
n^o diocesis can^o, salutem in domino. Sacra scriptura dilucidante omne, quod fit contra
conscienciam, edificat ad gehennam^g) timoratisque conscienciis subveniendum existit ac

^a) *Lectio incerta.* ^b) *I. e. nationis slavicae.* ^c) *Sequitur extinctum: fr.* ^d) *Alia manus*
in margine notat: adhuc vivit in Speczl. ^e) *Seyczyensteten cod.* ^f) *Annus incarnationis deest.*
^g) *iehennam cod.*

¹) *Ob. 21. Sept. 1441.*

²) *Leonhardus a Layming 1424—1451.*

beatius est ibi timere culpam, ubi culpa non est, quam non agnoscere delictum. Venerabili itaque ac devotis in Christo sincere dilectis Iohanne abbate ¹⁾ totoque conventu mon^h beate Marie virginis alias Scotorum Wienne eiusdem n^o diocesis nobis exponentibus didicimus, quod ipsi pro suarum conscienciarum informacione ac puritate litteras sui mon^h hincinde repositas diligenter conspexissent ibique invenissent aliquas, ex quorum tenore aliqua implenda essent obnoxii, que tamen ab antecessoribus suis etiam tam diu, quo usque memoria huiusmodi se extenderet, minime essent completa neque complerentur, licet adhuc aliqua bona pro eisdem quamvis pauca in sua repperirent potestate, et an execucao iuxta earundem litterarum continenciam perfecta existat aut bona ad monasterii et fr^m utilitatem forent devota aut qualiter alienata ipsis minime constarent, petentes devota precum instancia sibi paterne super eisdem consulere, ac oportune nos itaque puritatem predictorum virorum in d^o commendantes volentesque ipsos fore in animo et consciencia quietas, ut acceptum deo valeant reddere famulatum, de tuaque legalitate et peritia plurimum confidentes. Tibi harum serie litterarum iniungimus obnixius exhortantes, quatenus supradictum monasterium n^{is} vice ac auctoritate supradictisque litteris ac aliis tibi notificandis diligenter inspectis et consideratis bonisque adhuc occasione implendorum habitis et alienatis recensitis ac pensatis, si que rationabiliter adhuc pretextu eorundem, quo ad anniv^{ia} aut alia quecumque fuerint fienda aut perficienda ipsa impleri, si autem minus, quam fieri debuit aut debeat, facta sint atque fiant ea, sicuti tibi videbitur, ordines atque statuas condigne suppleri aliaque facias in hac re, que pro quietacione ac conscienciarum sinceritate videris expedire, dantes tibi nichilominus plenam facultatem et auctoritatem eum eisdem abbate et conventu, fratribus ac quolibet eorundem disponendi, declarandi eos super peccatis ac delictis, si que propterea commiserunt, absolvendi ac cum eis dispensandi, prout necessarium fuerit et oportunum, taliter agendo, ut ab omnium remuneratore recompensam reportare a nobisque merito valeas commendari, super quo tuam conscienciam oneramus. Datum Wienne decima die mensis Iunii a. etc. (14)42. Post quarum quidem litterarum presentacionem et recepcionem, ut premittitur, factas prelibatus ven^{is} p., d. Iohannes abb. nominibus quibus supra dicto mag^o Narcisso commissario instanter supplicavit, quatenus ad prescriptarum litterarum et in eis contentorum procedere velit execucaoem iuxta commissam sibi facultatem. Prefatus igitur mag. Narcissus commissarius volens commissionem sibi in hac parte factam exequi reverenter litteris ipsius mon^h predicti ac aliis sibi per prefatum dominum abb^{em} exhibitis ostensis et notificatis cum maturitate et diligencia debita inspectis recensitis et pensatis super eisdem et in ipsis contentis auctoritate ut premittitur sibi tradita de iurisperitorum consilio ordinavit, statuit et de scripto recitavit in hunc, qui sequitur, modum:

Primo Iacobus de Krud ²⁾ contulit 3 $\text{t. } \text{d.}$ reddituum pro missa perpetua in carnario. Idem contulit 6 $\text{t. } \text{d.}$ reddituum pro suo anniv^{io}, item 1 $\text{t. } \text{d.}$ pro lumine perpetuo in eodem, de quibus littera desuper confecta plenius relacionem facit. Sed quia de hiis in toto plus non habetur nisi due t. cum dimidia, ideo auctoritate prefata arbitratus est, ordinavit et statuit, ut pro 1 t. perpetui census peragatur eius anniv. cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis et de reliquis redditibus legatur in perpetuum una missa septimanatim ad apostolos, quod altare principaliter est in honore sⁱ Iacobi maioris consecratum, cuius singularis cultor ipse extitit littera teste, quia in eius honorem capellam in carnario a fundamento crexit et fundavit. Propterea in casu, quo missa pro nunc in carnario haberi solita deficeret, ipsa eadem missa de altari sⁱ Iacobi, quod est in ecclesia, transferatur in capellam carnarii ita sane, ut ad minus una missa per septimanam legatur in carnario perpetuis temporibus celebranda.

¹⁾ Iohannes V. 1428—1446. fundaverunt.

²⁾ Iacobus de Chrut et Katherina ux. eius a. 1322 hoc anniv.

Item d. Conradus Urwaetsch, quondam mag. hubarum in Austria, qui alias dicitur der Harmarckht, cum sua coniuge Geisla nuncupata contulerunt ¹⁾ ad capellam sⁱ Georgii mon^{lo} Scotorum annexa sine medio 4 t cum dimidia s pro perpetua missa cum cantu et lumine perpetuis ibi habendis. Item iidem contulerunt pro suo anniv^{lo} perpetuis temporibus celebrando cum suis oneribus dumtaxat 5 t s cum dimidia iuxta tenorem ⁵ littere desuper confecte, in quibus quidem arbitratus est quam plura in eadem littera contenta non competere neque moribus neque religioni ipsorum fratrum predicti monasterii, ymmo nec animabus, pro quibus est collatum, ut clare patet litteram ipsam intuenti. Verum quia de predictis redditibus in libro fundi adhuc inveniuntur 4 t s perpetui census, ideo arbitratus est, quod pro eisdem pecuniis celebretur anniv. eorundem cum ¹⁰ vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis et insuper in suprafata capella septimanatim legatur una missa in memoriam eorum, qui et pro quibus fundaverunt.

Item d. Conradus Urwaetsch, qui dicitur alias der Harmarckht, filius supradicti, contulit ²⁾ mon^{lo} beate Marie virginis Scotorum unum quartale vinee am Nuesperg site, de cuius proventibus in perpetuum statuit celebrari suum et sue uxoris Brigide anniv. ¹⁵ cum onere in littera descripto. Verum quia ipsa vinea de suis fructibus non potest onus predictum supportare, ideo arbitratus est, quod eius anniv. fiat per omnia sicut anniv. p^{lo} sui prefati, et quod in prenominata sⁱ Georgii capella habeatur missa in perpetuum qualibet septimana dumtaxat una in eorum memoriam ut immediate supra.

Item Elizabeth dicta Metterin ³⁾ contulit mon^{lo} suprafato quandam domum, de cuius ²⁰ annuo censu ordinavit haberi cottidianam et perpetuam missam in capella sⁱ Pauli eiusdem mon^{li} annexis quibusdam oneribus iuxta tenorem littere desuper confecte. Item prefata Elizabeth contulit in peculium speciale d^o Heinrico, quondam abbⁱ Scotorum, quandam vineam an der Weissenleytten sitam. Sed quia domus prefata nescitur et vinea venit per ipsum d^{um} Heinricum abb^{em} in communem possessionem mon^{li}, cum pro- ²⁵ prietas in ipsum cadere non potuit de iure, que vinea annuatim solveret licet difficulter duas t s prompte pecunie, ideo arbitratus est pro remedio anime diete d^e et pro securitate conscienciarum tam abbatis quam fr^{um} ipsius mon^{li} sufficere, ut eius et sui mariti Conradi Metter anniv. perpetue celebretur modo et forma ut supra, ut sibi adiunctis tamen cuilibet misse anniversariali et principali quattuor aliis missis lectis in ³⁰ ipsorum memoriam, qui dederunt.

Item Henricus Senfft ⁴⁾ contulit mediam t s perpetui census super domo, quam olym possedit vulgariter dictus Waicz, que ob originem est eciam fundi censualis mon^{li} sepedicti, de qua quidem media t ordinavit lumen nocturnum perpetuum ad sⁱ Martini capellam eiusdem mon^{li}. Sed quia redditus sunt minus sufficientes, ideo arbitratus est ³⁵ id ipsum divini cultus obsequium in aliud pietatis opus commutare, ideo ordinavit atque statuit in ipsius, qui contulit, memoriam annuatim circa festum beati Martini, cuius ipse devotarius, ut presumitur, extitit, per fr^{es} ipsius mon^{li} monachos missam pro defunctis in choro perpetuo decantari.

Item d^a Macza relicta quondam dⁱ Ulrici de Neuburg contulit ⁵⁾ mon^{lo} beate Marie ⁴⁰ virginis Scotorum 4 t cum dimidia s perpetui census fundi ante Portam Scotorum iuxta tenorem littere desuper habite, qui quidem redditus adhuc hodie quasi possidentur a predicto mon^{lo}. Ideo ordinavit atque statuit, quod eius anniv. omnimode iuxta litteram eius peragatur videlicet cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis.

Item Agnes relicta quondam Perwinder in suo testamento legavit predicto mon^{lo} ⁴⁵ quandam vineam, sitam in Grinezing am Schenkemperg, cum suis iuribus et pertienciis, cuius vinee summatim sunt quinque quartalia, de qua quidem vinea ac eius annuis pro-

¹⁾ Hoc anniv. a. 1324 fundatum est. ²⁾ Haec anniv^{li} fundatio a. 1330 facta est. ³⁾ Elzbet vidua Chunradi dicti Meter a. 1340 diploma de hac fundatione dedit. ⁴⁾ Henricus dictus Senfft a. 1351 hoc anniv. fundavit. ⁵⁾ Matz vidua Ulrici de Newnburch a. 1315 hos redditus donavit.

ventibus ordinavit in laudem omnipotentis dei ac gloriose sue genitricis virginis Marie et sue anime salutem annuatim et septimanatim decantari missam defunctorum feria secunda in capella s^o Katherine, ubi predicta d^a est sepulta. Verum quia predicti monⁱⁱ fr^{es} de communi consilio non ita acceptaverunt, ideo auctoritate prefata ordinavit, 5 quatenus iuxta consuetudinem hactenus inolitam omni septimana legatur una missa pro defunctis et in reconpensam cantus celebretur anniv. eius cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis, sub qua quidem missa legantur alie quattuor in ipsius memoriam, in qualibet ipsarum imposita collecta pro eius anima.

Item quedam d^a, com^a Wilburgis vocata de Hardegg, dedit in prompta pecunia 10 100 t^l s^l, ut videtur, ad fabricam monⁱⁱ predicti, de quibus ordinavit anniv. quondam sui mariti Ottonis annuatim peragi iuxta omnem modum celebritatem et elemosinarum largicionem, sicut fundatoris dⁱ Heinrici ducis Austrie ¹⁾ anniv. peragitur. Sed quia non constat hanc pecuniam in utilitatem monⁱⁱ premissi^{a)} et eciam ultra dimidium iusti precii mon. ipsum esse gravatum, ideo arbitratus est, hanc ordinacionem eorum consciencias, 15 qui nunc sunt et qui post eos in perpetuum futuri sunt, non obligare.

Item dictus Hierss, quondam civ. Wienn., legavit ²⁾ in testamento suo legali ac legitimo vineam quandam nuncupatam Pyber sitam in Attachrin ipsi prefato mon^{io} pure propter deum in salutem anime sue et remedium ac sue uxoris dicte Hailken, ita tamen, ut de quatuor t^l proventuum dicte vinee anniv. eorundem celebretur et de aliis 20 quatuor infirmi fr^{es} eiusdem monⁱⁱ consolentur. Quapropter ordinavit et statuit, quod eorundem anniv. cum vigiliis trium leccionum et missa defunctorum cantatis celebretur in perpetuum. Voluit insuper, ut die anniversariali habeatur eorum specialis memoria in capitulo, ubi omnes fr^{es} solent ad orandum pro defunctis convenire ita sane, ut dicatur in eorum congregacione pro tunc, quod iam dictus Hirss pro sua speciali memoria 25 quatuor t^l s^l de supra dicta vinea ad infirmitorium ordinavit.

Item perspectis per eundem mag^{um} Narcissum diligencia, qua potuit ampliori, omnibus ac singulis aliis litteris, in quibus divini nominis obsequia sunt ordinata, reperit et invenit, quod redditus, super quibus erant fundata, sunt partim alienati et de quibusdam vehementer presumitur, quod eorum ordinacio cum reddituum collacione numquam sit 30 execucioni demandata. Ideo auctoritate prefata sibi, ut prescribitur, tradita ob serenitatem ac quietudinem conscienciarum presencium et futurorum fr^{um} eiusdem monⁱⁱ decrevit, eas omnes et singulas nullius fore roboris aut momenti et ipsos fr^{es} propter easdem litteras penitus ad nichilum obligari. Item simili modo perspectis libris mortuorum a fr^{ibus} fide dignis inventa sunt quam plura anniv^{ia} antiquitus inscripta, de quibus penitus nichil 35 habetur, quorum eciam aliqua non sunt celebrata a tanto tempore, quantum se memoria hominum extendit, ideo auctoritate sibi commissa cum ipsis fr^{ibus} desuper dispensavit, ut in futurum ad eorum celebracionem non sint obligati, quia tam ipsis, quam posteris eorum esset onerosa atque tediosa. Item quia presumitur, quod quam plures benefactorum prescriptorum ad divinum cultum contulerunt, quibus ex nunc in speciali nichil 40 fiet, et ipsa bona, ut timetur, per negligenciam predecessorum sint alienata aut collapsa, ne igitur eorum beneficencie ipsi tam abb. quam conventus et eorum successores videantur ingrati, ordinavit atque statuit, ut iuxta suorum meritorum exigenciam omnes collatores et benefactores communium bonorum sint participes. Super et de quibus omnibus et singulis supradictus venerandus p., d. Iohannes abb. nominibus supratactis 45 requisivit me notarium publicum subscriptum, ut sibi unum vel plura publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno, indiccione,

^{a)} premissa cod.

¹⁾ Heinricus II. „Iasomirgott“, qui a. 1177 ob. a. 1302 datum est.

²⁾ Diploma de hoc legato ab eo idibus Decembris

mense, die, hora et durante concilio quibus supra presentibus ibidem ven^{ti} et egregio ac discretis viris d^o Iohanne Polezmacher decretorum doctore in facultate sacri iuris canonici studii Wienn. ordinarii, Andrea Gilberti de Frankfordia arcium liberalium mag^o et Erasmo Sclode de Mulhusen baccalaureo in eisdem ac Iohanne Tristram dicti dⁱ Iohannis abb^{is} camerario, clericis Warmiensi, et laico dicte Patav. diocesis, testibus ad 5 premissa vocatis pariter et rogatis.

(S. N.) Et ego Nicolaus Gerlaci de Kuenigisberg civitate, Sambiensis (diocesis^a), publicus imperiali auctoritate notarius, quia dictis litterarum presentacioni earumque recepcioni ipsarum et in eis contentorum execucioni ordinacioni statutis et arbitramento omnibusque aliis et singulis premissis una cum prenomatis testibus interfui eaque sic 10 fieri vidi et audivi, ideo presens publicum instrumentum manu mea scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegii ac signo meo solito et consueto signavi requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

In nomine domini; amen. Nos Iohannes abb. totusque conventus mon^u beate Virginis alias Scotorum in Vienna, ut facilius atque cercius rememorari valeant n^orum 15 carorum beneficia nobis gratuito exhibita, studuimus sub brevi stilo conscribere eorum donaciones, quas in honorem dei omnipotentis ac s^o genitricis eius virginis Marie et suarum salutem animarum nobis nostroque mon^o exhibuerunt, eorum dumtaxat, quorum beneficia in kalendario istius libri non inveniuntur inserta nec etiam in litteris anniversarialibus^b) exarata, quorum multi de fr^um devocione confisi studuerunt communibus 20 bonis contentari, nolentes humeros n^{os} in speciali onerare per anniv^orum aut aliorum divini cultus obsequiorum perpetuam institucionem. Hortamur insuper in caritate Christi omnes successores n^{os}, ut pya devocione permoti studeant similiter suorum benefactorum beneficia commendare et in scriptis simili modo redigere, ut crebro ad ipsa conspicienda fr^{es} recurrant deum omnipotentem pro eisdem rogaturi, ne tam nos quam ipsi aput 25 ipsum deum omnipotentem arguamur ingratitude in futurum. Datum Wienn in mon^o predicto beate Marie virginis a. d. 1443 pridie ante epiphaniis^b) dⁱ nⁱ Iesu Christi.

In primis cupimus omnium fr^um oracionibus commendare ser^um d^um Albertum¹) dive memorie Romanorum^b) semper augustum, Hungarie et Bohemie regem ac ducem Austrie quintum huius nominis, pariter cum sua coniuge Elyzabeth²) nuncupata, qui 30 semper erga nos nostrumque mon. singularem gestarunt devocionem, quam in effectu magnifico ostendentes donaverunt eidem ob gloriose virginis Marie honorem ornatum plenum et perfectum ac preciosorem quem habemus, puta casulam, dalmaticam et subtilem cum suis attinenciis et pallam altaris bruni coloris auro optimo intextas ac cappam preciosam eiusdem texture insertam quibusdam lapidibus preciosis. Item con- 35 tulerunt eidem gloriose virgini Marie monstranciam argenteam deauratam precellentis magnitudinis cum reliquiis de peplo eiusdem virginis inibi reconditis. Item contulerunt preciosam calicem cum duabus ampullis argenteis unacum duobus candelabris et nola similiter argenteis. Et si quis prefati principis erga nos liberalitatem plenius voluerit cognoscere, studeat ipsius donaciones nobis concessas querere in litteris et privilegiis 40 sub suo sigillo ac nomine roboratis.

Item quidam d. nomine Berchtoldus de Mangen³), mag. hubarum Austrie, edificavit nobis ex magna parte novum dormitorium in abside refectorii et alia quam plura beneficia, devotus deo nobis exhibuit consiliis et auxiliis mon^u nⁱ incrementum tam spirituale quam temporale procurando. Ob. autem XVIII. kal. Septembris, cuius anniv. grata 45 consuetudine introductum tenemur peragere, ut alibi patet.

^a) *Deest.* ^b) *Cod.* ^c) *Sc. regem.*

¹) *Albertus II. Romanorum rex ob. a. 1439.*

²) *Filia Sigismundi Romanorum regis, a. 1442 ob.*

³) *Huius in diplomatibus annis 1425—1436 saepius mentio fit.*

Item quidam egregius sacre theologie doctor et mag., Urbanus de Melico nomine, legavit nobis ex singulari devocione septem bona volumina, que sibi erant cariora. Idem doctor per quamplures annos ex sincera caritate gratis legit n^o congregacioni in sacra theologia; alias suam familiaritatem gratissimam cum consiliis nobis pro posse imperciendo.

5 Ob. autem prenominatus doctor V. yd. Augusti sepultusque est in ecclesia sⁱ Stephani, cuius ipse can. erat et sac.

Item quidam l. cfr. n., civ. Wienn., nomine Nicolaus Newngruener, cum sua ux^e testati sunt nobis 24 *th. s.* hoc tantum exigentes, ut quilibet in futurum populo in ecclesia n^a predicaturus eorum faceret mencionem oraciones populi pro eisdem more solito inter-

10 pellans. Ob. autem predicti III. yd. Augusti.
Item quidam sac. nomine Iohannes, pleb. in Respiez, contulit ad structuram monⁱⁱ 90 florenos et 26 marcas grossorum postulans in remedium anime sue communium oracionum se fieri participem. Ob. autem VIII. kal. Septembris.

Item quidam l. nomine Iohannes Pruggel pellifex cum sua coniuge edificaverunt
15 altare novum in abside dextra in honore b. Marie virginis, sⁱ Iohannis ewangeliste et s^e Katherine, et ipsa coniunx post obitum mariti testata fuerat nobis domum prope chorum ecclesie n^o. Verum quia cives nolebant istam venire in possessionem monⁱⁱ, ideo ordinauerunt nobis dari 50 *th. s.* pro eadem domo. Ob. autem ipse Iohannes VI. yd. Septembris, ubi cum ipso sua coniunx libro mortuorum est inscripta.

20 Item quidam baro nomine Pilgrimus de Buechaim testatus est nobis in duobus voluminibus Speculum historiarum ¹⁾ ita tamen, ut pro 80 florenis Melicensibus impignorat-
tum n^o peculio redimeremus. Idem testatus est insuper quosdam alios libros parvos et mappam mundi. Ob. autem VIII. kal. Octobris.

Item quidam l. mercator nomine Hermannus Haesil cum ux^e sua nomine Margaretha
